



**Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi
Thomae tomi quinque**

Priorum vigintisex Quaestionum eius Partis expositionem complectens

Suárez, Francisco

[Köln], 1617

Qvæstio XVII. De pertinentibus ad vnitatem in Christo quantum ad esse in
duos articulos diuisa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93775](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93775)

D. Thom.
Caiet.
Ricard.

Alexand.
III.

tionem concedi posse & debere in vtroque sensu supra posito, vt colligitur ex S. Thoma 4. contra gent. cap. 49. ad 6. 7. & 10. & Caietan. supra quaest. 2. articu. 5. & Ricard. d. 10. arti. 1. quaest. 1. ad vltim. Et ratio est, quia Christus, vt est sub humanitate, est persona composita, vt patres loquuntur: ergo est persona humana. Item, licet ab humanitate non habeat, vt persona sit, habet tamen, quod humana sit. Et cum hoc optime consonat, quod definit Alexander III. cap. Cum Christus, de haereticis, Christum, vt hominem esse aliquid, id est, primam substantiam humanam. Nec sequitur, Christus, in quantum homo, est persona humana: ergo, in quantum homo, est persona in sensu casuali: quia respectu Christi est argumentum a secundum quid, ad simpliciter. Et haec tenet de ista quaestione.

QUESTIO XVII.

De pertinentibus ad vnitatem in Christo, quantum ad esse, in duos articulos diuisa.



Inde considerandum est de his, quae pertinent ad vnitatem in Christo in communi. Nam de his quae pertinent ad vnitatem vel pluralitatem in speciali, suis locis determinandum est, sicut supra * determinatum est quod in Christo non est vna tantum scientia, & infra * determinabitur, quod in Christo non est vna tantum nativitas.

Considerandum est ergo primo de vnitatem Christi, quantum ad esse. Secundo, quantum ad velle. Tertio, quantum ad operari.

Circa primum quaruntur duo.

Primo, vtum Christus sit vnum vel duo.

Secundo, vtum in Christo sit tantum vnum esse,

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus sit vnum vel duo.



Primum sic proceditur. Videtur, quod Christus non sit vnum, sed duo. Dicit enim Augustinus in primo de Trinitate * quia forma Dei accepit formam serui, vtumque Deus, propter accipientem Deum: vtumque, autem homo, propter acceptam hominem. Sed vtumque dici non potest, nisi vbi sunt duo. Ergo Christus est duo.

2. Præterea, vbi cumque est aliud, & aliud, ibi sunt duo. Sed Christus est aliud & aliud: dicit enim Augustinus. * in Enchirid. Cum in forma Dei esset, formam serui accepit, vtumque, vnus, sed est aliud propter Verbum, aliud propter hominem. Ergo Christus est duo.

3. Præterea, Christus non est tantum homo, quia sic purus homo esset. Ergo est aliquid aliud, quam homo: & ita in Christo est aliud & aliud. Ergo Christus est duo.

4. Præterea, Christus est aliquid, quod est Pater, & est aliquid, quod non est Pater. Ergo Christus est aliquid & aliquid. Ergo Christus est duo.

5. Præterea, sicut in mysterio Trinitatis sunt tres personae in vna natura, ita in mysterio Incarnationis sunt due naturae in vna persona. Sed propter vnitatem naturae, non obstante distinctione personae, Pater, & Filius sunt vnum secundum illud Ioann. 10. Ego & Pater vnum sumus. Ergo non obstante vnitatem personae, propter dualitatem naturarum, Christus est duo.

6. Præterea, Philosophus dicit in 2. Physi. * quod vnum & duo denominantur dicuntur. Sed Christus habet dualitatem naturarum. Ergo Christus est duo.

7. Præterea, sicut forma accidentalit facit alterum, ita forma substantialit alius, vt Porphyrius dicit, * Sed in Christo sunt due naturae substantiales, humana, scilicet, & diuina. Ergo Christus est aliud & aliud. Ergo Christus est duo.

Sed contra est, quod Boetius dicit in libro de duobus naturis. In libro de duobus naturis, quod est, in quantum est, vnum est. Sed Christum esse vnum confitemur. Ergo Christus est vnum.

Respondetur dicendum, quod natura secundum se considerata, prout in abstracto significatur, non potest vere predicari de supposito seu persona, nisi in Deo, in quo non differt, quod est, & quo est, vt in prima parte habitum est. * In Christo autem cum sint due naturae diuinae, scilicet, & humana, altera earum, scilicet, diuina, potest de eo predicari, & in abstracto, & in concreto: dicimus enim, quod Filius Dei, qui supponitur in hoc nomine, Christus, & est diuina natura, & est Deus. Sed humana natura non potest predicari de Christo secundum se in abstracto, sed solum in concreto, prout, scilicet, significatur in supposito. Non enim vere potest dici, quod Christus sit humana natura quia natura humana non est nata predicari de suo supposito. Dicitur autem, quod Christus est homo, sicut & quod Christus est Deus: Deus autem significat habentem deitatem: & homo significat habentem humanitatem. Alter tamen habens humanitatem significatur per hoc nomen, homo, & aliter per hoc nomen, Iesus, vel Petrus. Nam hoc nomen, homo, importat habentem humanitatem indistincte, sicut & hoc nomen, Deus, indistincte importat habentem deitatem, hoc autem nomen, Petrus vel Iesus, importat distincte habentem humanitatem, scilicet, sub determinatis individualibus proprietatibus: sicut & hoc nomen, Filius Dei importat habentem deitatem sub determinata proprietate personalis. Numerus autem dualitatis in Christo ponitur circa ipsas naturas, & ideo si ambae naturae in abstracto predicantur de Christo, sequetur, quod Christus esset duo. Sed quia due naturae non predicantur de Christo, nisi prout significantur in supposito, oportet secundum rationem suppositi predicari de Christo vnum vel duo. Quidam autem posuerunt in Christo duo supposita, sed vnam personam, quae quidem videtur se habere secundum eorum opinionem tanquam suppositum completum vltima completionem. Et ideo, quia ponebant in Christo duo supposita dicebant, Christum esse duo neutraliter, sed quia ponebant vnam personam, dicebant Christum vnum masculinum: nam neutrum genus designat quiddam informe, & imperfectum: genus autem masculinum designat quiddam formatum & perfectum. Nestoriani autem ponentes in Christo duas personas, dicebant: Christum non solum esse duo neutraliter, sed etiam duo masculinum. Quia vero nos ponimus in Christo vnam personam & vnum suppositum (vt ex supra dictis patet *) sequitur, quod dicamus, quod non solum Christus est vnus masculinus, sed etiam, quod est vnum neutraliter.

Ad primum ergo dicendum, quod verbum illud Augustini, citatum in * non est sic intelligendum, quod ly, vtumque, tenet ex parte predicati, quasi dicat, quod Christus sit vtumque, sed tenetur ex parte subiecti. Et tunc ly, vtumque, ponitur non quasi pro duobus suppositis, sed pro duobus nominibus significantibus duas naturas in concreto. Possum enim dicere, quod vtumque scilicet, Deus & homo, est Deus, propter accipientem Deum: & vtumque scilicet, Deus & homo, est homo, propter acceptum hominem.

Ad secundum dicendum, quod, cum dicitur, Christus est aliud & aliud, locutio est exponenda, vt sit sensus, habens aliud & aliam naturam. Et hoc modo exponit Augustinus, in libro contra Iulianum. Vbi cum dixisset, in mediatore Dei & hominum, aliud Dei Filius, aliud hominis Filius, subdit, Aliud (inquam) pro discretionem substantiae, non alius pro vnitatem personae. Unde Gregorius Nazianzenus in Epistola ad Clidonium dicit, * Si oportet compendiose dicere, aliud quidem & aliud, ea, ex quibus

quaest. 8.
quaest. 35.

112
3. d. 6. q. 2.
art. 1. & di.
21. q. 1. art. 1.
9. 2. ad 6. Et
4. cont. c. 38.
fin. Et vnio
art. 3. 2. &
7. & art. 3.
& 4. per to
tum, & arti
5. ad 14.
Libro 1. de
Trinit. c. 7. in
fin. tom. 3.
Enchi cap.
31. à med.
tom. 3:

Lib. 3. tex. 18
som. 2.

cap. 10. h. 1.
tom. 1.
Ad Clid.
epist. 1. cum
pro. 1. En-
dum cont.
Hanc
Sal- d. 11. m.

Saluator est: si quidem non idem est inuisibile visibilis, & quod absq; tempore, et, quod sub tempore, non autem alius & alius, absq; hac enim ambo vnum.

e Ad tertium dicendum, quod hoc est falsa, Christus est tantum homo: quia non excludit aliud suppositum, sed aliam naturam: eo quod termini in predicato positi, formaliter tenentur. Si vero adderetur aliquid, per quod traheretur ad suppositum, esset vera locutio: puta, Christus est tantum id, quod est homo. Non tamen sequitur, quod sit aliquid aliud, quam homo: quia ly; aliud, cum sit relatiuum diuersitatis substantie, proprie refertur ad suppositum (sicut & omnia relatiua facientia personalem relationem) sequitur autem, ergo habet aliam naturam.

Ad quartum dicendum, quod cum dicitur, Christus est aliquid, quod est Pater, ly, aliquid, tenetur pro natura diuina, B qua etiam in abstracto, predicatur de Patre & Filio. Sed cum dicitur, Christus est aliquid, quod non est Pater, ly, aliquid, tenetur, non pro ipsa natura humana, secundum quod significatur in abstracto, sed secundum quod significatur in concreto: non quidem secundum suppositum distinctum: sed secundum suppositum indistinctum, prout, scilicet, substantie, non autem proprietatibus indiuiduantibus. Et ideo non sequitur, quod Christus sit aliud & aliud, vel quod sit duo: quia suppositum humane nature in Christo, quod est persona Filii Dei, non ponit in numerum cum natura diuina, que predicatur de Patre & Filio.

Ad quintum dicendum, quod in mysterio diuina Trinitas natura diuina predicatur etiam in abstracto de tribus personis, & ideo simpliciter potest dici, quod tres persone sint vnum. Sed in mysterio Incarnationis non predicatur ambe nature in abstracto de Christo, & ideo non potest simpliciter dici, quod Christus sit duo.

Ad sextum dicendum, quod duo dicitur, quasi habens dualitatem, non quidem in aliquo alio, sed in ipso, de quo duo predicantur. Sit autem predicatio de supposito, quod importatur per hoc nomen, Christus. Quamuis igitur Christus habeat dualitatem naturarum, quia tamen non habet dualitatem suppositorum, non potest dici Christus esse duo.

Ad septimum dicendum, quod alterum, importat diuersitatem accidentis, & ideo diuersitas accidentis sufficit ad hoc quod aliquis simpliciter dicatur alterum. Sed, aliud importat diuersitatem substantie: substantia autem dicitur, non solum natura, sed etiam suppositum: ut dicitur in 5. Metaph.* & ideo diuersitas nature non sufficit ad hoc, quod aliquis simpliciter dicatur aliud, nisi adsit diuersitas secundum suppositum. Sed diuersitas nature facit aliud secundum quid, scilicet, secundum naturam, si non adsit diuersitas suppositi.

COMMENTARIUS.

Videtur magis D. Thomas tractare hoc loco modum loquendi in hac questione, quam rem ipsam, res enim ipsa satis in questione secunda tractata & explicata videtur: ibi enim ostensum est, Christum esse vnā personam ex duabus naturis compositam non accidentaliter, sed per se as substantialiter. Hic ergo inquiritur, an hoc satis sit, ut Christus simpliciter dicatur vnus, vel vnum: nam licet D. Thomas in titulo tantum proponat, an Christus sit vnum, vel duo in neutro genere, ut Caietanus aduertit, tamen in articulo, tam in neutro genere, quam in masculino satisfaciunt questionibus.

b Respondet ergo D. Thomas duplici assertionem. Prima est, Christus est vnus, etiam si hoc predicatum masculine sumatur. In qua conueniunt cum D. Th. Scholastici in 3. distinctione. 6. vbi bene Scotus question. 2. & res est certa de fide. Quæ probari potest primo, omnibus Scripturæ testimoniis, quibus in su-

Fr. Suarez Tom. 1.

perioribus ostensum est, vnum & eundem esse Deum & hominem, ad Timot. 2. Vnus Mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus. Secundo ita docent Concilia omnia, quæ de hoc mysterio loquuntur. Ephesium in confessione fidei, & canon. 2. & 3. vbi damnantur, qui Christum in duo diuidunt, Chalcedon. actio 1. V. Synodo, actio. 8. VI. Synodo, actio. 11. & 18. Concil. Lateranen. sub Martin. I. Et denique, vbi cunque agitur contra Nestorium, definitur, Christum esse vnā personam compositam: & in Symbolo Athanasij, Non duo tamen, sed vnus est Christus, & infra, Nam sicut animarationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus, & infra, vnus omnino, non confusione substantie, sed vnitate personæ, & in Symbolo Niceno, Et in vnum Dominum Iesum Christum, & Eutych. Pap. de Christo loquens, inquit, Vtrinque vnus existens, dum ipse ex vnitate in idipsum naturam, natura viriisque res eadem est: & Leo Papa epistola 95. alias 97. ad Leonem Augustum cap. 2. Cum ergo, inquit, vnus sit Dominus Iesus Christus, & vera Deitatis, veraque humanitatis in ipso vna prorsus eademque persona sit, & c. & infra, Inseparabiliter vnus, atque idem est, & totus hominis filius propter carnem, & totus Dei Filius, propter vnā cum Patre Deitatem: & ibidem multa congerit Patrum testimonia in huius veritatis confirmationem. Idem Ambros. libro 2. de Fide cap. 4. Augustin. in Enchirid. cap. 38. & tractat. 78. in Ioan. dicit, Vtrumque simul, scilicet, Deus, & homo, non duo, sed vnus Christus. Fulgent. libr. de Incarnat. cap. 11. in huius confirmationem, adducit illud Matthæi 28. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, adinnges, quod Actorum 2. & ad Romanos 6. dicitur Baptismus dari in nomine Christi. Nam, quia omnino vnus, inquit, est Filius & Christus Deus & homo, quod datur in nomine Filij, dari dicitur in nomine Christi, similia habet Petr. Diaconus libro de Incarnation. cap. 3. & ex professo probat Damascenus libro tertio de Fide capite 5. 7. & 11. & Cyrillus Alexandrin. libro de fide ad Theodosi. dicit, post vnionem non posse intelligi Christum esse duo. Quia licet mens in eo intelligat duas naturas, hæc tamen contemplatio, inquit, viriisque in vnitate concursus non excludit, vnus itaque ad numerum est Christus. Ratio vero est, quia, vnus, masculine & simpliciter dictus, indicat vnitatem suppositi seu personæ, ut ex communi modo loquendi constat: unde in Trinitate tres personæ, licet dicantur vnum in neutro, & vnus Deus, non tamen vnus simpliciter, ne significetur vnitas personæ. Vnus, enim hoc modo sumptus, adiectiuus terminus est, & ideo simpliciter positus à parte prædicati, suum significatum applicat supra suppositum subiecti. Tandem Christus est vnus homo, & vnus Deus, & vnus Deus homo, ergo.

Secunda assertio Diui Thomæ est, Christum etiam esse vnum simpliciter, & absolute, quamuis illud predicatum in neutro genere sumatur. Consentiant etiam Theologi supra citati. Marfil. questione 6. articulo 3. dub. 1. ad quartum, dicit, in Christo esse plura indiuidua, licet ipse non sit plura, sed illud primum dixit propter plures naturas. Et hæc conclusio etiam sumitur ex omnibus testimoniis citatis, nam hoc etiam intendunt, ut bene notauit Nicetas libro 3. Thesaur. cap. 38. & constat, quia hoc sensu definiunt in Christo esse veram vnitatem per propriam compositionem, & vnionem sine imperfectione. Et hinc sumitur ratio conclusionis, quia, vnum, cum substantie dicatur, significat, vel vnum suppositum vel vnum indiuiduum, vel vnum ens: sed Christus est vnum suppositum, & vnum indiuiduum vtriusque nature, & vnum ens, non simplex, sed compositum: quia compositio ex multis rebus, præsertim si substantialis sit, & ex eis resultat vnum per se, non tollit vnitatem simpliciter: ac vero licet in Christo sint plures nature tamen illæ substantialiter cōiunguntur ad constituendum per se vnum. Alia ratione

Ccc 2 hoc

1. Tim. 2.
Conc. Ephes.
fin.
Chalcedon.

V. Synod.
VI. Synod.
Conc. Lateran.
rati.
Symbol.
Athanasij.

Symbol.
Nicoen.
Eutychian.
Pap.
Leo Pap.

Ambrosij.
Augustini.
Fulgentij.
Matthæi 28.

Ad. 2.
Rom. 6.

Petr. Diacon.
Damascen.
Cyrillus.
Alexandrin.

Marfil.

Nicet.

Lib. 4. me.
rap. 15.
tom. 3.

Sicut in.

hoc probat D. Thomas, quia in Christo non sunt aliqua duo, quæ de ipso prædicari possint, quia licet in illo sint duæ naturæ humanitas & diuinitas, tamē illæ in abstracto: & ut duæ sunt, non possunt prædicari de Christo: ergo Christus simpliciter non est duo: ergo est vnum, sicut humanitas licet ex anima & corpore constet, quæ duo sunt, tamen, quia anima & corpus nō prædicantur de humanitate, sed compositum ex illis, ideo simpliciter nō est duo sed vnū.

Durand.

Contra hanc D. Tho. doctrinam sentit Durand. in 3. dist. 6. q. 1. art. 2. qui dicit, Christum simpliciter non esse dicendum vnum, neque plura, sed cum addito, esse vnum suppositum, & habere duas naturas: Sed multum errat in modo loquendi, neq. affert probabile fundamentum, cui oportet satisfacere.

Solet vero hic disputari circa rationem D. Thom. quæmuis Christus non sit duæ naturæ diuine, an complexiue possit dici, quod sit duæ naturæ, siue humanitas, & diuinitas. Sed de hoc dubio satis dictum est disputatione præcedenti sect. 2. in fine.

D. Thom.
1. Argum.
August.

Argumentum primum D. Thom. fundatur in testimonia August. lib. 1. de Trinit. ca. 7. circa finem; ubi sic inquit. Quia forma Dei accepit formam seruī, vtrumq. Deus, & vtrumq. homo: sed vtrumq. Deus propter accipientem Deum, vtrumq. autem homo propter acceptum hominem: ubi verbum illud, vtrumq., videtur indicare Christum esse plura: exponit autem D. Thom.

August.

Augustinum posuisse nomen illud, vtrumq., non pro duobus suppositis, sed pro duobus nominibus significantibus idem suppositum sub diuersis naturis, scilicet, Deus & homo. Aliter exponi posset mens Augustini ex alio eius loco supra citato tractat 78. in Ioan. v. scilicet, nomen illud, vtrumq., propter duas naturas positum sit, ita vt sensus sit, vtramque simul vnū esse, seu componere Christum, qui sensus ex verbis eius colligi videtur, sic enim inquit, Agnoscimus geminam substantiam Christi, diuinam, (scilicet, quæ aequalis est Patri, humanam, quæ maior est Pater, vtrumq. autem simul, non duo, sed vnus est Christus, ne sit quaternitas, non trinitas, Deus: sicut enim vnus est homo, anima rationalis & caro, sic vnus est Christus, Deus & homo, ac per hoc Christus est Deus, anima rationalis, & caro. Vbi ex contextu constat illud verbum, vtrumque, ad vtramque naturam referri: eundem esse sensum alterius loci, patet ex verbis sequentibus, cum enim dixisset, Vtrumque Deus & homo, subdit, Neq. enim illa susceptione alterum eorum in alterum conuersum est, nec diuinitas in creaturam, nec creatura in diuinitatem. In hoc autem sensu explicari potest hæc propositio in sensu causali, iuxta supra dicta, disput. præceden. sect. 2.

Scot.
D. Thom.

In secundo, tertio, & septimo argumento, innuat D. Thomas dubium, an Christus possit dici aliud & aliud, & quidem D. Thomas hic simpliciter videtur negare hanc locutionem, & rationem reddit ad 3. quia, cum, aliud, sit relatiuum diuersitatis substantiæ, proprie refertur ad suppositum, & hanc sententiam sequitur Scotus dist. 6. At vero idem D. Thomas supra qu. 2. artic. 3. ad 1. expresse docuit contrariam sententiam, dicens: Sicut alterum & alterum in creaturis non significans diuersitatem suppositorum, sed formarum accidentalium: ita aliud & aliud in Christo, non significare distincta supposita, sed diuersas naturas substantiales: quam sententiam sequitur Palud. & Ricard. dicta dist. 6. & VValden. lib. 1. Doctrin. fid. antiq. cap. 22. & videtur esse expressa sententia Damasc. lib. 3. de Fid. cap. 7. dicentis. Aliud, personam indicat, aliud, naturam: vnde August. lib. contra Felician. cap. 11. In homine, inquit, non alius homo anima, alius homo corpus, sed aliud anima, aliud corpus, sic in Mediatore, aliud Dei Filius, aliud hominis filius, sed non alius, & alius, sed vnus & idem. Idem fere in enchirid. cap. 35. & 36. Et confirmari potest, nam, si aliud & aliud diceret diuersitatem suppositorum, in Trinitate Pater & Filius possent dici aliud & aliud, quod est contra omnes Sanctos, Aug. & Damasc. supra Nazian. &

Nazian.

hos, quos statim referam. Quod si responderetur relatiuum, aliud, dicere diuersitatem suppositi & naturæ, & ex secundo capite. illam locutionem in Trinitate esse falsā. Contra hoc est ratio, quæ ex D. Tho. supra desumitur, quia, alterum & alterum non dicunt diuersitatem suppositi, nam idem dicitur alter & se ipso, si accidentaliter mutatus sit: ergo neq. aliud & aliud necessario dicit diuersitatem suppositorum: nam licet sit relatiuum substantiæ, solum dicit diuersitatem essentialē in natura substantiali.

In hac re primo certum est, Christum non posse dici aliud & aliud. Itā docēt Patres citati quia, sicut vnus masculinus, proprie refertur ad vnitatem personæ, ita, aliud, ad eiusdem distinctionē, & ideo in Trinitate Pater dicitur alius à Filio. Secundo est certum, in Christo esse aliud & aliud, quia natura diuina est aliud ab humana, & e converso, quomodo Nazian. Aliud inquit, & aliud sunt, ex quibus est Saluator, non tamen alius atq. alius,ambo enim hæc connexionē vnū sunt: cuius contrarium dicit esse in Trinitate, ubi Pater est alius à Filio, non aliud. Quæ doctrina Nazian. refertur, & probatur in Concil. Chalced. actio. 4. & similem habet Athanas. epist. ad Epist. sub fin. Cyrill. lib. de Incarnat. c. 36. ubi dicit, Christum esse Deum & hominem, secundum aliud & aliud. Leo Pap. epist. 10. c. 4. Quamuis in Domino Iesu Christo Dei & hominis vna persona sit, aliud tamen est, vnde contumelia in viros, communis, aliud, vnde communis est gloria. Tertio illa propositio, Christus est aliud & aliud, neganda potius est, quam concedenda, quia iuxta communem significationem & sensum eius, significando diuersitatem in natura substantiali, significat etiā diuersitatem in supposito, quia significat diuersitatem simpliciter, quæ includit vtramq. distinctionem, in quo differt ab illo relatiuo, alterum, quod tantum dicit diuersitatem secundum quid. Et licet fortasse contrarium probabiliter defendi posset, tamen eam propositio sit ambigua, & possit facere erroneum sensum, simpliciter admittenda non est: dicatur ergo Christus habere aliud & aliud, & esse Deum & hominem secundum aliud & aliud, & componi ex his, quæ sunt aliud & aliud: non vero simpliciter esse aliud, & aliud.

In solutione ad 3. docet D. Tho. hanc propositionem esse falsam, Christus est tantum homo, quia illa dictio exclusiua posita in predicato cadit supra formale eius, vnde excludit aliam naturam, non aliud suppositum, vnde eadem ratione hæc etiam est falsa, Christus est tantum Deus, & constat, quia est vtrumq.: ergo non est tantum alterum illorum.

Quod si obijciatur, quia illa dictio exclusiua ita resoluenda est, quia Christus est homo, & nō est aliud, quā homo: sed vtraq. est vera, quia iuxta dicta, Christus non est aliud, & aliud. Respondet D. Tho. illam propositionem exclusiuam nō ita esse exponendam: sed hoc modo Christus est homo, & non habet aliud esse, quā hominis, & hæc posterior falsa est. Quam doctrinam admittunt Scotus, & fere alij Theologi in 3. dist. 6. & est cōsentanea Damasc. lib. 3. de Fid. c. 7. qui Damasc. addit hanc locutionem posse admitti. Totus Christus est homo, & totus Christus est Deus, & Christus est totus homo, & Christus est totus Deus. Et quidem in his posterioribus locutionibus, cum particula, totus, est pars prædicati, nulla est difficultas, quia, vt bene Damascenus inquit, in eis solum significatur, Christum esse perfectum Deum, & perfectum hominem, & habere in se totam Dei naturā, & totā hominis naturā: at vero in prioribus locutionibus, ubi particula, totus, est pars subiecti, & coniungitur cū Christo, cauenda est ambiguitas: significari enim per illas potest, totā personā Christi esse Deū, & totam esse hominē, & ita sunt veræ, vt recte Damasc. explicauit: significari etiam potest, Christum totaliter, vt ita dicam, cōstitui humanitate vel Diuinitate, atq. adeo, vel Diuinitatē solā, vel humanitatē esse totā formā, quæ Christus cōstituitur: & hic sensus esset falsus, & ideo nō videtur esse loquen-

loquendum sine sufficiente expositione. Sic enim dixit Augustinus. sermon. 30. de verbis Apostoli. Qui Iesum Christum plusquam hominem non nouerunt Iesum Christum vniuersum non nouerunt: si enim tantummodo homo est, & nihil amplius, non est ipse Iesum Christus.

Reliqua argumenta D. Tho. alia expositione non indigent.

ARTICVLVS II.

Verum in Christo sit tantum vnum esse.



Secundum sic proceditur. Videtur, quod in Christo non sit tantum vnum esse, sed duo. Dicit enim Damascenus. in 3. lib. quod ea, quae consequuntur naturam, in Christo duplicantur. Sed esse consequitur naturam, esse enim est forma. Ergo in Christo sunt duo esse.

2. Præterea, Esse Filij Dei est ipsa natura diuina, & est æternum. Esse autem hominis Christi non est diuina natura: sed esse temporale. Ergo in Christo non est tantum vnum esse.

3. Præterea, In Trinitate quamuis sint tres personae, est tamen vnum esse propter vnitatem naturae. Sed in Christo sunt duae naturae, quamuis sit vna persona. Ergo in Christo non est tantum vnum esse, sed duo.

4. Præterea, In Christo anima dat aliquid esse corpori, cum sit forma eius. Sed non dat sibi esse diuinum, cum sit increatum. Ergo in Christo est aliud esse, præter esse diuinum, & sic in Christo non est tantum esse.

Sed contra, Vnumquodque, secundum hoc dicitur ens, secundum quod dicitur vnum: quia vnum & ens conuertuntur. Si ergo in Christo essent duo esse, & non tantum vnum, Christus esset duo, & non vnum.

Respondeo dicendum, quod quia in Christo sunt duae naturae & vna hypostasis, necesse est, quod ea, quae ad naturam pertinent in Christo, sint duo, quae autem pertinent ad hypostasin in Christo, sint vnum tantum. Et sic autem pertinet & ad naturam & ad hypostasin. Ad hypostasin quidem, sicut ad id, quod habet esse: ad naturam autem, sicut ad id, quo aliquid habet esse. Natura enim significatur per modum formae, quod dicitur ens ex eo, quod ea aliquid est, sicut albedine est aliquid album, & humanitate est aliquis homo. Est autem considerandum, quod si est aliqua forma vel natura, quae non pertinet ad esse personale hypostasis subsistentis, illud esse non dicitur esse illius personae simpliciter, sed secundum quid, sicut esse album, est esse Sortis, non in quantum est Sortes, sed in quantum est albus. Et huiusmodi esse nihil prohibet multiplicari in vna hypostasi vel persona: aliud enim est esse, quo Sortes est albus, & quo Sortes est musicus. Sed illud esse, quod pertinet ad ipsam hypostasin vel personam, secundum se impossibile est in vna hypostasi vel persona multiplicari: quia impossibile est, quod vnius rei non sit vnum esse. Si igitur humana natura adueniret Filio Dei, non hypostaticè vel personaliter, sed accidentaliter (sicut quidam posuerunt) oporteret in Christo duo esse: vnum quidem, secundum quod est Deus, aliud autem secundum quod est homo. Sicut in Sorte ponitur aliud esse secundum quod est albus, & aliud secundum quod est homo, quia esse album, non pertinet ad ipsum esse personale Sortis. Esse autem capitulum, & esse corporeum, & esse animatum, totum pertinet ad vnam personam Sortis: & ideo ex omnibus his non fit nisi vnum esse in Sorte. Et si contingeret, quod post constitutionem personae Sortis, adueniret Sorti manus, vel pedes, vel oculi (sicut accidit in cæco nato) ex his non accresceret Sorti aliud esse, sed solum relatio quadam ad huiusmodi, quia, scilicet, diceretur esse, non solum secundum ea, quae prius habebat, sed etiam secundum ea, quae sibi postmodum adueniunt. Sic igitur, cum humana natura coniungatur Filio Dei hypostaticè vel personaliter (ut supra dictum est) & non accidentaliter, consequens est, quod secundum humanam naturam non

Fr. Suarez Tom. 1.

adueniat sibi nouum esse personale, sed solum noua habitudo esse personalis praesistentis ad naturam humanam, ut scilicet, persona illa iam dicatur subsistere, non solum secundum diuinam naturam, sed etiam secundum humanam.

Ad primum ergo dicendum, quod esse consequitur naturam: non sicut habentem esse, sed sicut quia aliquid est: personam autem siue hypostasin consequitur, sicut habentem esse. Et ideo magis retinet vnitatem secundum vnitatem hypostasis, quam habeat dualitatem secundum dualitatem naturae.

Ad secundum dicendum, quod illud esse æternum Filij Dei, quod est diuina natura, fit esse hominis, in quantum humana natura assumitur à Filio Dei in vnitatem personae.

Ad tertium dicendum, quod, sicut in prima parte dictum est, quia persona diuina est idem cum natura, in personis diuinis non est aliud esse persona præter esse naturae: & ideo tres personae non habent nisi vnum esse. Habere autem triplicem esse, si in eis esset aliud esse persona, & aliud esse natura.

Ad quartum dicendum, quod anima in Christo dat esse corpori, in quantum facit ipsum actum animatum: quod est dare ei complementum naturae & speciei. Sed si intelligatur corpus perfectum per animam absque hypostasi habente virtutem, hoc totum compositum ex anima & corpore (prout significatur nomine humanitatis) non significatur, ut quod est, sed ut quo aliquid est. Et ideo ipsum esse est personae subsistentis, secundum quod habet habitudinem ad talem naturam: cuius habitudinis causa est anima, in quantum perficit humanam naturam, informando corpus.

COMMENTARIVS.

In hoc articulo, non solum est quaestio de modo loquendi, sed etiam de re ipsa. Et quoniam mens D. Thomae in toto articulo obscura est, prius res ipsa disputanda videtur, & deinde sensus D. Tho. & vera eius mens ac sententia explicanda: ipse enim simpliciter docet, in Christo esse tantum vnum esse personale. Quid autem intelligat nomine esse personalem, quomodo etiam illud affirmet esse vnum, non satis declarat, neque etiam exponit, quomodo per illud esse humanitas ipsa existat, omnia ergo hæc ex sequenti disputatione constabunt.

DISPUTATIO XXXVI.

In duas Sectiones distributa,

De esse existentiae Christi, & humanitatis eius.



VO breuiter in hac disputatione tractanda sunt. Primum est, per quam existentiam humanitas Christi in rerum natura existat, alterum vero est, an & quomodo esse existentiae Christi vni sit, quæ disputatione, quod ad rem ipsam attinet, & præsertim quoad primam eius partem, ad quaestionem secundam Diui Thomae pertinebat, ubi mysterium ipsum & vnio Incarnationis explicata est. Ibi enim videndum erat, an hæc vnio sit in ipsa existentia increata nec ne: tamen in hunc locum remissa est, ut hoc consuetudini daremus, & quia maxime videtur hæc disputatione necessaria ad ea intelligenda, quæ Diuus Thomas in hoc articulo tradit.

SECTIO I.

An humanitas Christi formaliter, & intrinsece existat in rerum natura per existentiam increatam vel per propriam & creatam.

Prima sententia negat, in Christi humanitate esse aliquam existentiam creatam, sed per vnionem assumptam esse ad existentiam per ipsam existentiam increatam Verbi diuini. Hæc est sententia communis Thomistarum: Caietani hic, Capreoli in 3. distinctione. Ferrar. 4. contra Gent. cap. 35. & 41. tenet etiam Henr.

Caietani.
Capreol.
Ferrar.
Henr.

Henric. quodlib. 3. quaest. 2. & communiter censetur esse D. Thom. Quae sententia supponit vnum metaphysicum fundamentum, scilicet existentiam & essentiam in rebus creatis realiter, seu ex natura rei, ita distingui, ut possit natura creata in essentia sua conservari & privari sua existentia, & per alienam terminari. Nam ex hoc fundamento sequitur, possibile esse humanitatem CHRISTI, esse privatam propria existentia creata, & per existentiam Verbi ita esse terminatam, ut per eam formaliter existat. Sicut enim supra dicemus, Verbum potuisse assumere naturam ad suam subsistentiam, quia ex parte naturae est distinctio sufficiens, & ex parte Verbi nulla est imperfectio, seu defectus perfectionis, unde hoc possit impediri, ita, supposita distinctione existentiae creatae ab essentia, est ex parte naturae sufficiens fundamentum, ut possit privari propria existentia, & assumi ad existendum existentia aliena, ex parte autem Verbi est sufficiens perfectio, ut possit supplere existentiam alienam, quia est suum esse perfectissimum, & infinitum, eminenter continens omne esse creaturam, & sine imperfectione hoc facere potest post mutationem creaturae, sine mutatione sui. Quod si hoc fieri potest, non est negandum, quin factum sit in hoc mysterio: primo quidem, quia ita insinuant sancti Patres, Sophronius, Damasc. & D. Thom. Et deinde, quia hoc modo melius intelligitur substantialis unio ac per se, quae aliaratione vix potest intelligi. Quae omnia commodius proponemus infra, cum illis satisfaciendum erit, nunc solum insinuata sunt ad explicandum fundamentum huius sententiae.

Impossibile est humanitatem existentiam in creatura Dei, seu diuini Verbi, unde necesse est, ut existat per existentiam propriam & creatam. Hec est communior sententia Theologorum, Altfiod. lib. 3. summi. tract. 1. cap. 1. quaest. 8. Albert. in 3. distinct. 6. quaest. 2. artic. 4. & ibi Scot. Durand. Gabr. Almay. Bonavent. distinct. 5. artic. 2. quaest. 1. ad argumenta: & ex Thomistis, Heruz. distinct. 9. quaest. 1. artic. 3. Paludan. quaest. 3. qui late defendit, hanc sententiam non esse contrariam D. Thom. sed potius illius doctrinae consentaneam. In Conciliis vel sanctis Patribus pauca reperiuntur, quibus satis possit hanc conclusio confirmari, in hoc vero fauent huic assertioni, quod loquentes de hoc mysterio semper supponunt humanitatem Christi habere in se intrinsecam entitatem actualem creatam, distinctam ab entitate & actualitate Verbi, & praerequisitam ad ipsam unionem. Ex quo principio potissimum commendanda nobis est hanc conclusio. Deinde in VII. Synod. actio. 6. rom. 3. col. 8. quidam Epiphanius Episcopus, ita distinguit naturam ab hypostasi, quod natura dicitur tantum humanitatem existentem, hypostasis vero addit subsistentiam. Praeterea Damasc. libro 3. cap. 3. dicit, Verbum assumpsisse humanitatem, Nec substantia nec existentia priuatam. Sic enim vertit Faber, aliter enim vertit Billius, scilicet, Assumpsit humanitatem redactam in nihilum, id est, non priuatam existentia. Hoc enim ad litteram significat vox Graeca, ac si idem sit, privari existentia, quod redigi in nihilum. Et cap. 11. & 12. dicit Damasc. humanitatem habuisse existentiam in Verbo, non per Verbum: & ibidem distinguit existentiam humanitatis ab assumptione.

VI. Synod.

Damasc.

Faber. Billius.

Existentia quid sit.

Dico primo, impossibile est humanitatem existere in rerum natura per existentiam in creatam Dei, seu diuini Verbi, unde necesse est, ut existat per existentiam propriam & creatam. Hec est communior sententia Theologorum, Altfiod. lib. 3. summi. tract. 1. cap. 1. quaest. 8. Albert. in 3. distinct. 6. quaest. 2. artic. 4. & ibi Scot. Durand. Gabr. Almay. Bonavent. distinct. 5. artic. 2. quaest. 1. ad argumenta: & ex Thomistis, Heruz. distinct. 9. quaest. 1. artic. 3. Paludan. quaest. 3. qui late defendit, hanc sententiam non esse contrariam D. Thom. sed potius illius doctrinae consentaneam. In Conciliis vel sanctis Patribus pauca reperiuntur, quibus satis possit hanc conclusio confirmari, in hoc vero fauent huic assertioni, quod loquentes de hoc mysterio semper supponunt humanitatem Christi habere in se intrinsecam entitatem actualem creatam, distinctam ab entitate & actualitate Verbi, & praerequisitam ad ipsam unionem. Ex quo principio potissimum commendanda nobis est hanc conclusio. Deinde in VII. Synod. actio. 6. rom. 3. col. 8. quidam Epiphanius Episcopus, ita distinguit naturam ab hypostasi, quod natura dicitur tantum humanitatem existentem, hypostasis vero addit subsistentiam. Praeterea Damasc. libro 3. cap. 3. dicit, Verbum assumpsisse humanitatem, Nec substantia nec existentia priuatam. Sic enim vertit Faber, aliter enim vertit Billius, scilicet, Assumpsit humanitatem redactam in nihilum, id est, non priuatam existentia. Hoc enim ad litteram significat vox Graeca, ac si idem sit, privari existentia, quod redigi in nihilum. Et cap. 11. & 12. dicit Damasc. humanitatem habuisse existentiam in Verbo, non per Verbum: & ibidem distinguit existentiam humanitatis ab assumptione.

Ut ratione probemus hanc conclusionem, oportet, ut inaequiuoco non laboremus, & inter autores utriusque opinionis conveniat, quid nomine existentiae significetur. Ego enim per existentiam intelligo id, quo vnaquaeque res formaliter habet ut sit actualis entitas in rerum natura, & extra nihil, seu extra causas suas: ut verbi gratia anima Christi, vel humanitas prius quam crearetur, actu nihil erat, sed solum in potentia, cum primum ergo intelligitur exire ex illa potentia in actum, & definire esse nihil, intelligitur actu existens: & existentia illius erit ille

modus vel illa actualitas, quo intrinsece, & formaliter constituitur extra nihil. Quod autem iste sit proprius & praecisus conceptus existentiae, late ostensum est in propria disputatione metaphysica de hanc. Nunc breuiter declaratur primo, quia res, quae actu est extra nihil, & extra causas, hoc ipso intelligitur actu existens, quid enim aliud significare potest hos verbum existendi? Sed existentia est id quo res existit formaliter, ergo. Secundo omnes res cum primum intelligitur producta a sua causa, & esse extra nihil intelligitur habere aliquod esse, quod ab aeterno non habuit, ergo illud esse est esse existentiae. Antecedens per se notum est, quia habet, aliquod esse quod est terminus actionis nouae, quae ab aeterno non fuit. Consequentia vero probatur, quia illud esse non est esse essentiae, ut sic, quia esse essentiae, quod à D. Thom. aliquando distinguitur ab esse existentiae in creaturis, dicitur esse aeternum, & immutabile, & inseparabile ab essentia; & propterea distingui dicitur ab ipsa existentia: at vero hoc esse nouum, quod habet res, cum primo producit, seu per ipsam productionem, est temporale & separabile ab essentia: potest enim res amittere hoc esse, quamuis rei essentia semper eadem maneat, non est ergo hoc esse essentiae, sed existentiae. Tertio quia si ex hoc quod res intelligitur actu esse in rerum natura extra causas suas, non intelligitur actu existens, quæro, quid illi addat existentia postea adueniens? Certe non potest illi tribuere, ut actu sit, hoc enim aperte supponitur ex vi prioris conceptus: tribuet ergo, quod hoc vel illo modo sitat vero hoc iam non pertinet ad rationem existentiae absolute, sed ad determinationem quandam & modificationem ipsius existentiae, unde hoc potius pertinet ad rationem subsistentiae vel inhærentiae. Quod si quis contendat, hunc modum determinantem, ut ita dicam, entitatem actualem, ut sic, vel aliter sit, vocari existentiam, & non illud ipsum esse quo constituitur res in esse entitatis actualis de significatione vocis potius quam de re contendit, & contra communem modum concipiendi, non solum sapientum, sed etiam omnium hominum, utitur nominibus: quamuis enim quantitas, v.g. in Sacramento Eucharistiae mutet modum existendi, nullus tamen dicit mutare ipsam existentiam, quæ eadem est in quantitate, siue inhæreat, siue a subiecto separatur.

Ex ratione vero existentiae sic explicata colligitur primo, fieri non posse, ut aliquid sit ens in actu, seu ut concipiatur tanquam actualis entitas, quin in suo conceptu formaliter & intrinsece includat existentiam, ita ut nec per abstractionem praecisum intellectus, possit vnum ab altero separari, manente vero conceptu utriusque. Quod patet ex dictis, addito generali principio, impossibile esse concipere effectum aliquem formaliter constitutum per aliquam formam, aut per actum intrinsecum similem formae, quin in illo includatur talis forma. Exemplis res sit manifesta, non enim potest concipi album constitutum in ratione albi, quin in illo conceptu intrinsece includatur albedo: & in hoc mysterio impossibile est concipere Christum constitutum hominem, quin ibi includatur humanitas, quæ est forma constituens hominem. Et pari ratione impossibile est concipere eundem Christum constitutum in ratione huius personae compositae, quin ibi includatur subsistentia Verbi, tanquam intrinsece terminus quasi formaliter constituens Christum in esse personae. Et ratio generalis est, quia causa formalis vel actus quasi formalis concurrunt ad suum effectum vel quasi effectum, intrinsece, & per se ipsum illum constituendo, & ideo intrinsece includitur in conceptu constituti: constat autem ex dictis, entitatem actualem ut sic, intrinsece, & quasi formaliter constitui in esse entitatis actualis per existentiam, ergo impossibile est concipere entitatem actualem ut sic, quin in illa

illa intrinsece includatur existentia. Vnde mea sententia valde decipiuntur, qui dicunt essentiam creatam intrinsece constitui in esse entitatis actualis, non per existentiam ipsam, sed per habitudinem ad existentiam, seu per capacitatem existentie, ita ut rem esse entitatem actualem, sit esse proxime capacem existentie, ipsa vero existentia sit quidam conditio, seu quidam ultimus terminus & actus illius entitatis, seu capacitatis. Est enim hoc repugnans verum ac propriæ rationi existentie à nobis explicatæ: & improbatum facile, quia essentia secundum se, ut dicitur esse æterna in potentia suæ causæ, est capax existentie secundum potentiam obiectiuam, seu per extrinsecam denominationem à potentia suæ causæ, entitas ergo actualis non consistit in hac capacitate, ut sic.

Obiectio.

Responsio.

Damas.

A intrinsece non includitur Verbum, neque aliquid increatum: necesse est ergo, ut ubi includatur existentia creata. Et reuera per se incredibile est, humanitatem, quæ, ut est actualis entitas, tota est creata, formaliter constitui in esse talis entitatis per diuinitatem, seu Verbum increatum, quod argumentum infra amplius vrgebimus.

B Secundo hoc declaratur, nam Angelus bonus vel malus virtute naturali intuitiue videt humanitatem Christi, & totam actualem entitatem eius: ergo videt id, quo illa humanitas intrinsece & formaliter constituitur in esse talis entitatis actualis. Fieri enim non potest neque intelligi: ut aliquis intuitiue videat album vel album, & non videat albedinem ipsam: sed Angelus virtute naturali non poterat intueri Verbum, vel diuinitatem vnitam humanitati, ergo signum euidentius est, humanitatem non constitui in esse actualis entitatis per hanc vnionem, nec per rem incretam, sed per existentiam propriam, & creatam, quam Angelus intueri potest. Quod ex eodem mysterio ita confirmatur, nam quia humanitas CHRISTI in ratione subsistentis constituitur per ipsam subsistentiam incretam, quam demon intueri non potest, sit, ut ipse non possit illam intueri & clare videre in ratione subsistentis: ergo, si per existentiam diuinam constitueretur in esse actualis entitatis, non possit illam sub hac ratione clare intueri, non vis ipsa existentia diuina, quod est euidentius falsum.

C Tertio, Humanitas ut actualis entitas, ordine nature supponitur assumptioni, ergo non constituitur in esse actualis entitatis per ipsam assumptionem, & consequenter nec per existentiam incretam, nam terminus assumptionis non potest illi supponi. Antecedens, primum est D. Thom. supra quæstion. 4. D. Thom. artic. 2. & 3. ubi inquit, quod assumitur, non esse terminum assumptionis, sed præintelligi assumptioni: vult autem præintelligi, secundum esse existentie actualis, nam secundum esse in potentia, etiam quod creatur, præintelligitur creationi, & terminus resultans per assumptionem, præintelligitur ut possibilis: & ideo apertius quæstione 6. artic. 4. ad 3. dicit, carnem Christi non prius natura esse ens, quam sit à Verbo effecta, prius autem natura esse ens, quam sit Verbo personaliter vnita. Ratione vero probatur primo, quia, quod assumitur, oportet, ut sit aliquid ens in actu, quia Verbum non assumit essentiam humanitatis, prout intelligitur esse in potentia obiectiua, sed prout intelligitur esse in actu. Secundo, quia esse, ordine nature prius est, quam vniri, quia, quod assumitur in hac vnione, est subiectum vnionis, & ideo supponitur illi, ut actuale ens.

Dices, interdum aliquid non prius natura sit, quàm vnatur, quia, si sit in alio, ut accidens, simul sit, & vnatur, quia in ipso subiecto sit, vnde accidens non prius natura est, quam in sit: idem ergo dici poterit de humanitate Christi, scilicet, fieri in ipso supposito Verbo, & ideo non prius natura existere, quam vniri. Respondetur, non esse simile exemplum, quod affertur, nam quando forma sit in subiecto per mutationem ipsius subiecti, & per actionem in ipso suscitam, & cum concursu materiali ipsius subiecti, ex quo educitur forma, tunc recte intelligitur, illam actionem & concursu formam fieri, & vniri subiecto. At vero, cum in præsentis mysterio actio vnitiua & mutatio non recipiatur in supposito Verbi tãquam in subiecto, sed in ipsa humanitate, necesse est, ut humanitas ipsa supponatur vnioni, sicut subiectum eius, non potest autem supponi ut subiectum, nisi supponatur in ratione actualis entis iam producti. Quod ita confirmatur, nam modus rei, præsertim extraneus, supponit ordine nature re, cuius est modus, vnio autem vel assumptio est modus ipsius humanitatis extra naturam eius, ergo ordine nature supponit illam in ratione entis actualis, & consequenter

Ccc 4 non

Ex his principijs metaphysicis demonstratur Theologica conclusio à nobis posita, quia humanitas Christi, ut constituta à Verbo, intelligitur esse quædam actualis entitas, quam ipsa secum affert, & illam à Verbo formaliter non recipit: ergo intelligitur esse existens per existentiam propriam, & creatam, omnino à Verbo distinctam. Consequentia patet ex dictis, quia idem est esse entitatem existentem, quod entitatem actualem, & quia in intrinseco conceptu entitatis actualis includitur existentia, in intrinseco autem conceptu humanitatis, ut est entitas actualis, non includitur Verbum. Quod simul cum antecedenti probatur, primum ex modo, quo Concilia & Sancti explicant hoc mysterium, dicunt enim, factum esse per ineffabilem compositionem vnus personæ ex duabus naturis realibus, & actualibus, & ut sic inter se distinctis: vnde plane significant, sicut Diuinitas seu Verbum habet suam actualem entitatem, in cuius intrinseco conceptu non includitur humanitas: ita & conuerso, humanitatem habere etiam suam entitatem actualem, in qua

Humanitas Christi, ut constituta à Verbo, est actualis entitas.

Obiectio.

Responsio.

non habet humanitas per hanc vnionem, ipsam ratione actualis entis, atq; adeo neq; existentiam ipsam

Vnde arguitur quarto, nam creatio animæ Christi, & vnio illius ad Verbum, sunt actiones distinctæ, quarum prima secundæ supponitur, sicut creatio eiusdem animæ distincta est ab vnione ad corpus, & illi supponitur: sed per creationem recipit anima aliquid esse: ergo existentiam creatam: maior supra probata est disputatione. 1. sectio. 9. tum rationibus, tum autoritate D. Thom. & aliorum Theologorum. Nunc breuiter declaratur, tum quia creatio animæ est productio ex nihilo, vnio vero est mutatio vel actio ex præsupposito subiecto: tum etiam, quia creatio animæ Christi est actio naturalis eiusdem ordinis & rationis cum creatione alterius animæ at vero vnio est actio supernaturalis distinctæ rationis & ordinis. Tum etiam, quia, vt supra dicebam, nō potest intelligi, Verbum terminare animam, vt erat ab æterno in potentia, sed vt est aliquid iam factum, ergo alia est actio, per quam anima fit, & alia, per quam vnitur, vt terminetur à Verbo, & idem proportionaliter est de tota humanitate. Prima vero & secunda consequentia probantur, quia per illam creationem fit aliquid esse in ipsa anima, & nō sit esse essentialiter, vt distinguitur ab esse existentia, quia vt sic non est esse nouum, sed æternum, quia reuera tantum est esse in potentia: est ergo esse existentia creatum, cum per creationem fiat, quod manet in ipsa anima Verbo vnita, non enim potest perdere per assumptionem illud esse, quod per creationem habuit: alias non possent creatio & assumptio simul esse in eodem instanti.

Ad hanc, & præcedentem rationem, respondet quidam modernus autor, verum quidem esse, creationem & assumptionem animæ & humanitatis esse actiones seu mutationes diuersas, & creationem in via seu in fieri, præsuppositam fuisse ordine naturæ assumptioni: nihilominus tamen in termino seu in facto esse, assumptionem fuisse priorem productione, ita vt licet hæc propositio vera sit, *humanitas prius natura producit, quam sit assumpta*, hæc tamen sit falsa, *humanitas prius natura est producta, quam assumpta*; sed è contrario verum sit, *humanitatem prius natura fuisse assumptam, quam productam*; atq; hinc defendit, per illam creationem in fieri non fuisse communicatum animæ Christi aliquid esse existentia, quia per assumptionem fuit præuenta, ne ad suum terminum deueniret: nam ex vi creationis in fieri tendebat anima Christi ad existendum, non tamen, obtinuit existentiam, quia per vnionem impedita est, seu præuenta.

Verum tamen hæc responsio, & doctrina tot includit falsa, & intelligibilia, vt ad cōfirmandā doctrinam nostram sufficiat. Nam in primis manifestam inuoluit repugnantiam, quod aliquid intelligatur prius assumptum, quam productum, vel creatum: quamuis enim defendi possit, aliquid non prius produci, quam vniri, tamen, quod vnitur, priusquam producat, aperta est repugnantia, cum esse vnium essentialiter supponat vel includat esse, & consequenter vnio in rerum natura existens supponat vel includat productionem vel existentiam vnibilium cum proportionem debita, id est, si vnio fit in fieri, supponat vel includat productionem in fieri, si vero in facto esse, similiter. Et declaratur in præsentia, nam hæc vnio, vel supponit existentiam, & est ad subsistendum; & sic necessario supponit rem productam quoad existentiam, vt nos dicimus: vel est ad existendum simul & subsistendum, vt alij aiunt; & sic necesse est, vt, in quocunque signo intelligitur humanitas assumpta & vnita in facto esse, intelligatur etiam existens: & consequenter producta: non ergo potest esse prius natura assumpta, quā producta in facto esse. Quod vero neq; in præsentia materia illa duo fiat omnino simpliciter, patet est, citata dis. 8, sect. 1.

Deinde ex his, quæ in illa responsione conceduntur, demonstratur aperte, nam cum dicitur creatio in fieri esse prius natura, quā assumptio, interrogo, an in re ipsa talis creatio existat, vt est fieri passivum humanitatis: an non. Hoc posterius consequenter dici non potest, quia aliqui non interuenientibus duæ mutationes, vt conceditur, si veraque in re ipsa non existit. Item, quomodo est prior creatio in fieri, si secundum illud fieri in rerum natura non est? Admittenda ergo est iuxta illam responsionem vera & realis creatio in fieri in re ipsa existens. Hoc autem posito, impossibile est, talem creationem seu quāsi mutationem impediri, ne in re ipsa suum habeat terminum, quod in vnuersum in omni mutatione vel actione, seu in omni fieri, verum est, quia actio seu fieri dicit essentialiter habitudinem ad terminum, nō aptitudinalem, vt sic dicam, sed actualem, vt est, quatenus actu fit: ergo implicat contradictionem, quod ipsum fieri in rerum natura ponatur, & quod impediatur terminus iuxta gradum & latitudinem talis fieri; vnde, si fieri est momentaneum & simul totum, necessario habet integrum terminum. Et declaratur in præsentia, nam, si ordine naturæ antecessit creatio animæ in fieri, quidnam factum est, aut quidnam consecuta est illa anima per tale fieri? Respondent, nihil in re esse consecutam, nisi quod tendebat ad existendum, nisi impediretur. Sed quidnam, quæso, est tendere ad existendum? Aut quid esse potest talis tendentia, nisi ipsa existentia, prout in fieri tendere enim ad calorem nihil aliud est, quam habere calorem in fieri: idem est in omnibus alijs tendentijs: sicut ergo impossibile est, esse actualem calefactionem, seu tendentiam ad calorem, quin resultet aliquis calor: ita impossibile est intelligere tendentiam ad existendum per veram creationem in fieri, quin per tale fieri aliqua existentia facta intelligatur: si ergo creatio in fieri ordine naturæ antecessit, & illa non potuit impediri per assumptionem à suo intrinseco termino, necesse est, vt secundum eundem naturæ ordinem in facto esse antecesserit. Quod si quis tandem respondeat, verum esse, creationem illam in fieri non impediri à suo intrinseco termino; hunc autem terminum non esse rem secundum existentiam, sed secundum esse essentia, hoc in primis nihil confert ad prædictam responsionem defendendam, concedendum enim consequenter est, animam Christi non solum prius natura creati, quam assumptam, sed etiam prius natura esse creatam, quam assumptam, quia illa creatio non fuit impedita quoad suum intrinsecum terminum; & quia anima secundum illud esse essentia, quod dicitur habere per creationem, supponitur assumptioni. Deinde satis ostensum est in superioribus, illud esse, cum sit nouum & temporale, necessario esse debere esse existentia.

Quinto, eadem numero entitas actualis humanitatis, quæ nunc est vnita Verbo, posset in rerum natura conseruari separata à Verbo; ergo in vtroque statu cōstitueretur in esse actualis entis per eundem numero actum, atque adeo per eandem numero existentiam; sed separata constituitur in esse entis per existentiam creatam, vt per se notum est, ergo & vnita. Antecedens euidenter est ex ijs, quæ supra diximus de hac vnione, vnde à nemine in dubium reuocatur. Prima vero consequentia probatur, quia impossibile est, effectum formalem, seu rem constitutam per aliquem intrinsecum actum seu formam, esse eandem numero, quin actus seu forma, qua constituitur, eadem numero sit, vt in hoc eodē mysterio separata humanitate, non maneret eadem numero persona, quia non constitueretur in esse persona per eandem numero personalitatem increatam. Si ergo humanitas vnita constitueretur in esse entis actualis per ipsam existentiam increatam, dissoluta vnione non posset conseruari eadem numero entitas actualis: vnde etiam sic, dissoluta vnione, humanitatem

cor-

Corrumpi, quia amitteret suum esse existentie, & hoc est corrumpti, & eadem ratione si maneret sub alia existentia, produceretur de nouo, quia acquireret nouum esse existentie, quod est proprius terminus productionis, ut ostensum est: esset ergo entitas numero distincta, vel maneret eadem numero entitas in eodem instanti producta & corrupta, quod inintel- ligibile est.

Sexto. In Christo Domino sunt duæ naturæ habentes distinctas entitates actuales creatâ & increatâ: ergo constituntur in suis entitatibus, per existentias distinctas, creatâ & increatâ, patet consequentia, tunc ex ratione facta, quod non possunt effectus, seu res constitutæ per aliquem actum esse distincte, ut constituntur per illud, & tamen actus, quo constituntur, esse omnino idem: tum etiâ, quia si existentia est, qua formaliter constituitur actualis entitas, intelligi non potest, per existentiam increatam constitui entitatem aliquâ in esse entitatis creatæ: sicut, quia personalitas est formale constitutum personæ, intelligi non potest per increatâ personalitatem constitui personam creatâ, formalis enim effectus, vel quasi effectus, debet esse proportionatus actui intrinseco seu formæ, per quâ constituitur. Scio, multa ex his argumentis posse iuxta contrariam sententiam nonnullis exemplis metaphysicis enervari, ut v.g. de materia, quæ iuxta multorum opinionem nullam habet propriam existentiam, & sub diuersis formis per diuersas existentias eadem numero existit. Sed hæc & similia non solum non impediunt rationes factas, verum eisdem, aut similibus conuincuntur illa exempla esse falsa.

B. Thom.

Vltimo tandem arguitur ex propriis principijs theologicis, quia, si humanitas Christi existit per increatâ existentiam, sequitur, vniõnem incarnationis factam esse in aliquo essentiali, quod est omnino falsum, ut supra contra Durand. visum est ex sententia etiâ D. Tho. & totius scholæ eius. Sequela patet, quia esse existentie in Deo est esse absolutum & essentialē, ut supra visum est, & hic ad 3. docet S. Thom. Ex quo vltius sequitur, hæc vniõnem factâ esse in natura, quia compositio in esse & essentia, est compositio vnius nature existentis: vel certe sequitur, hæc esse duas vniõnes, saltem ratione distinctas, alteram essentię humanitatis ad existentiam Dei, alterâ humanitatis existentis ad suppositum, & illâ terminari ad absolutum, hæc vero ad relatiuū, atque adeo illam per hanc determinari ad vnam tantum personam, quæ tamen omnia seti similia grauitur in Durand. reprehenduntur. Ad hanc vero rationem responderi potest, primo existentiam nature creatæ, nihil aliud esse, quam personalitatem eius, & ideo vnicâ assumptione & vniõne assumptam esse humanitatis ad existentiam & personalitatem alienâ. Sed hæc responsio in primis fundatur in opinione Capreoli, quâ pauciores Thomistæ sequuntur, scilicet, substantiam seu personalitatem nature creatæ esse illius existentiam, quæ opinio falsa est, vt in dispo. metaph. de hac re latius tractaui, & ex dictis supra circa q. 2. D. Tho. & hic non obsecro intelligi potest, quia, naturam substantialem existere, nihil aliud est, quâ esse actus, extra nihil, & extra causas suas: subsistere vero aut personari pertinet ad modum per se, & complete existendi. Deinde, suppositis ijs, quæ supra disp. ii. diximus, negari non potest quin existentia absoluta in Deo à personalitate Verbi, saltem ratione, distinguatur. Sed respondere potest secundo, in Trinitate dari in singulis personis existentias relatiuas ratione distinctas ab absoluta, quæ in singulis personis non distinguuntur à propriis relationibus, & ita vnicâ vniõne humanitatis terminata ad proprietatem Verbi assumptam potuisse humanitatem, tam ad existendum, quam ad subsistendum, quia illa proprietates, & substantia est, & existentia relatiua. Sed quæquam hæc videri possit apparens fuga vel euasio, tamen non sibi constat, neque consequenter loquitur: nam ex eodem fundamento ex quo cogimur ponere in Trinitate existentiam ab-

solutam & relatiuâ, cogimur ponere in duabus Christi naturis existentiam creatam & increatam, & ideo vel vtrumque affirmandum esset, vel vtrumque negandum. Quod ita declaratur, quia, si in Deo est existentia absoluta & relatiua, ideo est, quia existentia nihil aliud intrinsece est, quam ipsa actualis entitas rei, & ideo quot sunt modi entitatum, tot necesse est esse modos existentiarum: & hinc concluditur, quia in Deo est entitas absoluta & relatiua ratione distinctæ, esse etiam proportionalem existentiam: ergo pari ratione, quia in Christo sunt duæ naturæ, quæ sunt duæ entitates actuales, altera creata altera increata, proportionaliter erunt existentia creata & increata. Vel è contrario confirmatur, quia si in persona creata existentia est vnicus actus indiuisibilis, per quæ & persona, & natura existit, multo magis in personis diuinis ipsum esse absolutum nature, erit etiam existentia omnium relationum, & existentia erit tantum absoluta, & in ea facta erit vniõ, & procedet ratio facta. Si autem in Deo, sicut persona & natura ratione distinguuntur, ita etiam esse nature & esse personæ: ergo multo magis in natura & persona creata distinguatur esse nature ab esse personæ, & in Christo homine distinguatur esse nature creatæ, quod creatum est, ab esse personæ increato. Et confirmatur tandem, quia humanitas Christi est res absoluta: ergo constituitur vtiq; per aliquod esse absolutum, & non per relatiuum: sicut è contrario, persona Christi non est absoluta, sed relatiua, quia in ratione personæ non constituitur per terminum absolutum, sed per relatiuū.

Dico secundo. Creatâ existentia humanitatis Christi, non est omnino perfecta & completa in genere substantiæ, & ideo habet potius rationem inexistentiæ, quam existentie simpliciter. Hæc conclusio colligitur ex autoribus supra citatis, & ipsi mysterio, nam per hanc existentiam non habet humanitas Christi, vt in se existat, seu per se, & independenter ab alio, existit enim in Verbo, à quo pendet: vnde caret vltimo termino & complemento suo, & habet modum existendi in alio, sicut supra disput. 7. explicatum est, habet ergo rationem inexistentiæ.

Qualis sit existentia creatæ humanitatis Christi.

Dices. Hinc solum colligitur, deesse illi humanitati & existentie eius, vltimum & connaturale terminum, qui est propria substantia seu personalitas, quæ ex natura rei distinguitur ab existentia nature non tamen inde fit, ipsam existentiam nature esse in se minus perfectam & completam, quæ in quacunque alia humana natura. Respondetur ex principijs potius, quidquid actus est, eo modo, quo est, habere aliquid existentie: vnde fit, vt personalitas creatâ eo modo, quo est aliquid distinctum à natura, ita suo modo habeat propriam existentiam, quæ coniuncta cum existentia nature ex vtraque constitatur vna absoluta, & completa substantialis existentia. Existentia igitur solius nature comparata cum hac completa existentia, dicitur imperfecta & incompleta: nam sicut ipsa natura seu humanitas præcisa à persona, est incompleta substantia, ita eius existentia præcise sumpta incompleta est, & hoc modo dicimus existentiam humanitatis Christi esse incompletam, & capacem modi inexistendi in Verbo: quia, licet nihil illi desit de existentia nature, tamen hoc totum est de se incompletum præcise sumptum, & carens vltimo suo termino, vt explicatum est. Fundamentum contrarię sententię fere ex dictis euersum est. Ostensum est enim, existentiam non ita distingui ab essentia, vt possit res aliqua existere per existentiam alterius, sicut non potest esse entitas per entitatem alterius: quia sicut nihil est magis intrinsecum, & (vt ita dicam) magis identicum vnaquæque re, quam ipsa eius entitas, ita nullus quasi effectus formalis requirit actum magis intrinsecum & proprium ipsius rei, quam ipsam existere: & propterea illa compositio ex essentia creatâ & existentia increata, & in vniuersum ex essentia propria, & existentia aliena, impossibilis est.

Obiectio.

Responsio.

Sed

Sed ne videamur difficultatem subterfugere, oportet in particulari dissolvere, quæ in contrarium obijci solent.

Obiectio.
Sophron.
VI. Synod.
Damasce.
Medina:

Obijciuntur enim primo autoritas Sophronij V. I. Synod. act. 11. vbi de Christi humanitate loquens, inquit, in ipso, id est in Verbo, & non in se: habuit existentiam vnam cum Verbo. Secundo obijciuntur autoritas Damasceni lib. 3. cap. 22. vbi dicit, humanitatem Christi existere per existentiam Verbi. Hæc duo testimonia assert Medina his, his eisdem verbis, idcirco ita illa proposui. Addunt etiam auctoritatem D. Thom. quam nunc omitto, quia de illius mente latius sectione sequenti dicturus sum. Adijungi vero potest testimonium Leonis Papæ epistola 11. dicentis, humanitatem Christi ipsa assumptione fuisse creatam, & Fulgent. lib. de Incarnat. cap. 3. vbi sic ait, ipsa acceptio carnis fuit conceptio Virginis. Ad Sophronium respondetur primum, illam particulam vltimam, scilicet, cum Verbo, additam esse ab arguente, non enim ita habetur in textu: quia sublatâ, reliqua verba simpliciter intellecta, ut sonant, nostram sententiam potius confirmant, quia non est sermo de Christo, sed de humanitate, ut patet aperte ex verbis antecedentibus. Simul, inquit, caro, simul Dei Verbi caro, simul caro animata rationalis, simul Dei Verbi caro animata rationalis, in illo itaque & non in semetipsa, habuit existentiam vnam; de humanitate autem verissime dicitur habere tantum vnicam existentiam, eamque non in se sed in Verbo. Verus tamen sensus Sophronij, eiusque intentio est, docere contra hereticos, humanitatem in eodem instanti temporis, in quo incepit esse in rerum natura, fuisse Verbo vnitâ; & hoc modo dicit, semper habuisse vnâ existentiam inuariatâ, & eiusdem modi, quia non prius per se existit, postea in Verbo, sed semper in Verbo. Qui sensus facile patet ex verbis citatis, & ex omnibus, quæ antecedunt ab illo loco. Incarnatur ergo Verbum Deus, quod nostrum est, non præfacta carni copulatus, præformatus atque in se præsubsistenti aliquando corpori continens, vel animæ præexistenti coniunctus: sed tunc his ad subsistendum venientibus, quando eis ipsum verbum & Deus naturaliter copulatus est, contemporaneam habens vnitionem atque subsistentiam, & non ante verissimum ipsius Verbi conuentum in se ipsis vnquam existerunt, vel cuiuspiam secundum nos alterius hominis penitus existerunt, sed cum Verbi ipsius naturaliter conuentu, subsistentiam habitura concurrerunt, & nec quantum in actu oculi, hanc quam illam priorem habentia, sicut Paulus Samosatensis perstrept, atque Nestorius: simul quippe, &c. ut supra: & postea subiungit rationem, quia id ipsum declarat, dicens, Cum conceptu quippe Verbi hæc ad subsistendum prolata sunt, &c. Difficiliora videri possunt verba, quæ post tres fere columnas subiunxit, dicens, Quæ enim extat persona composita ex inconfuso confians temperamento, partitionem conuenientiam nescit, sed esse vnum, & permanere vnum indiuisum sortitur: & infra, Est vnum & duo, vnum secundum subsistentiam atque personam, duo vero secundum ipsas naturas, atque earum proprietates, ex quibus esse vnum sortitur natura duplex, & vnum permanere seruauit. Respondetur tamen, eundem sensum per hæc omnia verba intendere, scilicet, illas naturas semper fuisse vnitas & hoc modo habuisse semper vnum esse personale, in quo semper permanerunt indiuisæ & indissolutæ, componendo semper vnâ personam Christi. Possumus etiam hæc verba vltima explicari iuxta doctrinam statim sectione sequenti tradendam, quæ illis poterit confirmari.

Leo Papa.
Fulgent.

Responsio.

Testimonium Damasceni falso confictum est, quia nec illa verba, nec alia similia, vel in citato capite, vel in toto 3. libro de Fide reperiuntur, sed in illo cap. 22. dicit: carnem ab vltimo ortu Deo Verbo vnitam esse, imo potius in ipso exstitisse, ac personalem cum eo identitatem habuisse. Quæ verba aliter vertit Faber, dicens, Verbum fuisse vnitum carni extrema existentia: Ex quo verbo aliqui nituntur nostram sententiam confirmare, quia indicat, Verbum fuisse vnitum carni existenti extrema; id est, im perfecta existentia. Sed melius vertit Billius in citatis verbis, quorum verus sensus est, carnem ab vltimo ortu, id est, a suuinitio & primo ortu, seu conceptione, fuisse Verbo vnitam, & in eo exstitisse. vbi non dicit, fuisse Verbo vnitam, sed in eo exstitisse, quia Verbum non est ipsa existentia humanitatis, sed terminus existentie eius.

Ad Leonem Papam & Fulgent. respondetur, sensum eorum esse eundem, qui Sophronij, scilicet, in eodem instanti fuisse animam seu humanitatem creatam & assumptam, Sic enim ait Leo. Natura postea non sic assumpta est, ut prius creata, postea assumeretur, sed vi ipsa, id est, in ipsa assumptione crearetur, vbi illud prius, & posterius, ad temporis successione manifeste referuntur. Fulgentius vero ita rem expolit, Hanc carnem tunc ex se natura Virginis concipiente exhibuit, cum in eadem Deus concipiens aduenit: non estigitur aliquod interuallum existimandum inter initium carnis, & aduentum maiestatis. Addi potest, per creationem ex natura sua produci rem subsistentem, & ideo quodammodo dici potest creatio non esse cōsummata, donec res ad subsistendum perducta sit. Quia ergo productio animæ vel humanitatis Christi non fuit terminata ad subsistentiam, nisi ratione assumptionis, ideo quodammodo dici potest, ipsa assumptione fuisse creatam.

Secundo obijciuntur rationes metaphysicæ. Prima, quæ supra insinuat est, quia esse existentie in creaturis distinguitur ex natura rei ab essentia, ergo potest Deus separare essentiam ab existentia, & per propriam existentiam increatam illam supplere, licet de subsistentia dicimus, ergo ita factum est. Secunda, quia vel existentia substantiæ nihil est aliud, quam subsistentia ipsa, quia est existentia per se, vel si aliquo modo distinguuntur subsistentia & existentia substantialis, sunt ita per se ordinatæ, ut existentia propria necessario supponat propriam subsistentiam: quia existentia est proprius actus suppositi. nam id, quod est, & quod fit, est suppositum: ergo neutro modo poni potest in Christi humanitate existentia creata. Nam si prior dicendi modus assertatur, sicut in illa humanitate non potest poni secundum fidem subsistentia creata: ita nec creata existentia substantialis, quia ponuntur esse omnino idem: si autem affirmetur posterior modus, constat in his quæ sunt per se subordinata ablato priori consequenter tolli id, quod posterius est, atque adeo, ablato proprio susceptiuo existentie, quod est suppositum, auferri existentiam. Neque enim potest existentia creata recipi in persona increata, vel esse actus eius: alias Verbum existeret per existentiam increatam, & existentia creata esset perfectio personalitatis Verbi, quæ impossibilia sunt.

Ad primam rationem respondetur, essentiam creaturæ ut abstrahit ab actuali existentia solum significare rem possibilem, quæ ut sic nihil actu est, neque habet entitatem actualem, sed in potentia tantum obiectiua, vnde ut sic distinguitur ab actuali existentia seu entitate, sicut res in potentia à re in actu: at vero essentia creaturæ ut iam facta, seu ut actualis entitas, vel formaliter est ipsamet actualis existentia, vel ita illam includit, ut nulla ratione possit ab illa præcindi vel separari. Et ideo impossibile est, ut essentia creata sua propria existentia priuata assumptibilis maneat, quia non assumitur ens in potentia, sed ens in actu, vnde non est eadem ratio de subsistentia seu personalitate, quia personalitas creata non constituit naturam in ratione actualis entitatis, sed supponit in illa entitatem, & terminat illam tanquam modus illius: ideo, separata personalitate, intelligitur natura manere assumptibilis, & terminabilis personalitate aliena, at vero, ablata existentia, nihil manet in re, & assumi possit. Dices, esse verum, si res priuaretur omni existentia, non vero, si ab-

Faber

si ablata propria assumatur ad alienam, si enim id, quod assumitur, erit aliquid in actu saltem per alienam existentiam. Sed hoc iam reiectum est, ostensum est enim, id, quod assumitur debere esse aliquid in actu ut supponitur assumptioni, ostensum est etiam, nullam entitatem actualem posse constitui in esse talis entitatis per existentiam, aut entitatem a-

Existencia à lianam.

substantia
quomodo di-
stinguatur.

Ad secundam rationem respondetur ad priorem partem, substantiam ex natura rei distingui ab existentia substantiali naturæ creatæ, nam licet illa existentia dicatur esse per se, ut distinguitur contra esse in alio per modum accidentis, quia ex natura sua est apta, ut terminetur per substantiam: tamen in suo formali conceptu non includit actualem modum per se essendi, in quo substantia consistit. Et hoc sensu substantia est modus existentie, ut recte Damascenus dixit, sicut in accidentibus, existentia accidentalis potest dici esse in alio, non quia actualis inhaerentia sit de conceptu eius, sed quia natura sua apta est per illam terminari, ipsa vero actualis inhaerentia modus est ab illa distinctus, & de potentia absoluta ab illa separabilis: sicigitur ab humanitate Christi separabilis fuit substantia creatæ, seruata existentia ipsius humanitatis. Ad alteram vero partem respondetur, existentiam substantialem completam & integram ex omni parte in creaturis tantum reperiri in supposito seu persona, & ideo dixi supra, existentiam creatam humanitatis Christi, non esse hoc modo completam: at vero, generatim & absolute loquendo, existentia non est actus suppositi, sed est actus cuiuscunque entis, seu potius est ipsa actualis entitas cuiuscunque rei. Et hoc modo existentia naturæ est actus vel entitas ipsiusmet naturæ, quæ in omni natura creatæ prior natura est, quam substantia, unde potius natura per suam existentiam constituitur capax personalitatis, quam è contrario, quæ totum suppositum compleatur in suo esse per personalitatem, & ideo illud dicitur simpliciter esse & fieri. Quocirca ablata personalitate creatæ ab humanitate Christi, licet non permanferit esse completum personale & creatum, potuit tamen manere esse ipsius naturæ, quod non est posterius, sed prius, quam personalitas. Et ideo non sequitur, Verbum simpliciter existere per existentiam creatam, quia, ut supra quæst. 16. artic. 9. dicebamus, existere absolute dictum & secundum adiacens, significat esse simpliciter eius, cui tribuitur, at vero esse simpliciter Verbi non est creatum, vere autem dici potest, quod Verbum existit homo per existentiam creatam & humanam, non quia illa existentia sit actus suppositi secundum se, sed ut est homo, seu quia est actus humanitatis in eo existentis.

Tertio obijciunt rationes Theologicas. Prima & præcipua est, quia sequitur, vnionem humanitatis ad Verbum esse accidentalem, non enim potest intelligi inter aliqua duo substantialis vnio, nisi in quantum vnum trahitur ad esse alterius, unde si anima & corpus haberent proprias existentias, non posset intelligi inter ea substantialis vnio, præsertim quia existentia humanitatis est completa, & existentia Verbi similiter: ergo non potest vna alteri aduenire nisi accidentaliter. Secunda, quia alias sequitur, humanitatem Christi habere existentiam à matre per generationem, terminus ergo illius generationis erit hoc esse creatum humanitatis, erit ergo Beata Virgo mater humanitatis, & non Dei. Tertio addi potest, quia id, quod est simpliciter vnum, tantum habet vnum esse. Sed de hoc dicemus sectione sequenti. Ad primam ergo rationem respondetur, negando sequelam, quia vnio naturæ cum supposito substantialis est, & huiusmodi est hæc vnio, ut Concilia tradunt, quæ nunquam dixerunt hanc vnionem esse existentie cum existentia, sed naturæ realis cum supposito increato: cui vnioni tātum abest, ut repugnet

A existentia creatæ ipsius naturæ, ut sine illa potius nec intelligi possit: quia sine illa non esset natura realis in actu, & consequenter neque assumptibilis. Neque est verum, vnionem substantialem duarum rerum in hoc consistere, quod vna trahat aliam ad suum esse existentie: nam etiam anima & corpus reuera habent partiales existentias suas, incompletas quidem in suo genere substantialiter tamen vniuntur per modum actus & potentie ad constituendam vnam completam naturam eiusdem generis substantie: tota verò humanitas licet in ratione naturæ completa sit, tamen in ratione substantie adhuc est incompleta & caret ultimo termino, & ideo substantialiter vniri potest substantie Verbi, ut cum illa componat vnum suppositum ac personam humanam. Ad secundum concedo primam sequelam, imo non video, qua ratione id negari possit, quia si Christus non habuit à matre existentiam humanitatis, nihil ab illa habuit, quia ab illa non habuit existentiam increatam, neque vnionem ad Verbum, existentiam autem nudam ab illa habere non potuit, quia illa nihil est nisi tantum quædam res in potentia. Negatur vero vltima consequentia, quia licet formalis terminus illius generationis sit humanitas cum sua existentia, tamè vltimus terminus, quia generatur, non est humanitas, sed hic homo: quia illa humanitas & existentia eius non in se fit, sed in Verbo, & ideo Verbum vere dicitur generari & nasci ex Virgine. Sicut interfectores Christi vere priuarunt humanitatem existentia sua, non enim exstitit humanitas in illo triduo: tamen, quia humanitas non est passiva, nec priuata existentia secundum se, sed ut in hoc supposito existens, ideo vere dicitur hic homo interfectus, & Deus mortuus. Vnde hoc argumentum multo magis retorqueri potest contra Thomistas, quia si humanitas Christi non habet existentiam creatam, vix intelligi potest, quid habuerit Christus à matre, ut sit filius eius. Et quamuis ipsi dicant, habuisse esse essentie ipsius humanitatis, hoc præterquam quod repugnantiam inuoluit in ipsis terminis, ut ostensum est, quia esse essentie non finit ratione existentie, euidenter ostendit, quam sit inualidum dictum argumentum, nam si hoc illis satis esse videtur, ut Beata Virgo sit mater Dei & hominis, multo magis videri debet sufficiens quod nos dicimus, habuisse, scilicet, Verbum & Christum à matre non solum essentiam, sed existentiam humanitatis.

Christus per
generationem
habuit à matre
existentiam
humanitatis.

SECTIO II.

Verum simpliciter dicendum sit, Christum habere vnum esse, vel plura.

In hoc dubio fere iam non relinquitur quæstio in re ipsa, sed in modo loquendi, & enunciandi propositiones: nam in re constat, suppositis quæ diximus, sicut natura humana & diuina in Christo distinctæ res sunt, ita etiam habere existentias distinctas prout ad naturas pertinent. Constat autem ex fide illas naturas ita esse distinctas, ut tamen substantialiter vnitæ sint & coniunctæ in vno Christo. Solū ergo videtur relinqui quæstio de propositionibus ipsis, an simpliciter loquendo, Christus dicendus sit habere plura esse propter naturas, vel vnum esse propter suppositum, & hanc existimo esse sensum quæstionis à Diuo Thoma hic proposito, quidquid Caietanus dicat, quod ex sequentibus constabit.

Scotus ergo Durand. & fere alij autores citati sect. præced. pro nostra sententia simpliciter ita loquuntur: sicut in Christo sunt plures naturæ, & plures formæ, ita etiam esse plures existentias, sicut etiam dicuntur esse in illo plures voluntates, seu plures operationes, quarum formalia principia sunt ipsæ naturæ, quamuis suppositum volens, & operans sit vnum.

Scot.
Durand.

D. Thom.

vnun & idem. At vero D. Thom. hic expresse docet A
in Christo tantum esse vnun esse. Cuius sententiam
sequuntur omnes eius discipuli, qui modus loquen-
di mihi magis probatur.

D. Tho.
Sophron.

Vnde breuiter dico primo. Simpliciter dicendum
est, esse in Christo tantum vnun esse substantiale,
completum, & perfectum. Hanc existimo esse men-
tem D. Thomae hic, & potest confirmari verbis So-
phronij supra citatis. Et optime probatur ratione D.
Thomae, nam ens in actu constituitur per ipsum ef-
fe, vt ostensum est, ergo quod est simpliciter vnun
ens, simpliciter habet vnun esse quo constituitur:
sed Christus est simpliciter vnun ens, vt dictum est
articulo primo, ergo & habet vnun esse. Et confir-
matur rationibus Thomistarum sectione preceden-
ti allatis, quae in bono sensu ad hanc conclusionem
confirmandam accommodari possunt hoc modo: B
quia omnis substantialis vnio, sicut terminatur ad
vnam substantiam, ita & ad vnun ens per se, ergo &
ad vnun esse simpliciter. Et hoc sensu necesse est, ea,
quae substantialiter vniuntur, conuenire aliquo mo-
do in vno esse totius, cum ergo in Christo sit substā-
tialis vnio, necesse est, vt in Christo sit tantum vnun
esse.

Esse vnun
in Christo,
sed non om-
nino sim-
plex.

Dico secundo. Hoc esse Christi Domini, quatenus
Deus & homo est, non est vnun per omnimodam
simplicitatem, sed per admirabilem compositionē
& substantialem vnionem naturae humanae cum
persona Verbi, & naturalis existentiae humanitatis
cum personali existentia seu substantia Verbi Dei.
Hae conclusio sequitur euidenter ex dictis, constat
enim esse existentiae Verbi Dei secundum se, esse v-
num omnino simplex: diximus autem, praeter hoc
esse in creatum, esse in humanitate Christi suum esse
existentiae creatum, non omnino perfectum, sed
quale esse potest esse solius naturae, & rursus addi-
mus in Christo Deo homine simpliciter dari vnun
esse: ergo necesse est esse vnun compositione, non
simplicitate. Et ratio etiam hoc suadet, omne enim
ens ita habet vnun esse, sicut ipsum est vnun, sicut
ergo Christus Deus homo, non est vnus simplicita-
te, sed compositione: ita proportionali modo ha-
bebit vnun esse. Quod exemplo substantiae corpo-
reae explicari, & confirmari potest: sicut enim homo
constat ex anima rationali & corpore, ita habet v-
num esse, non quidem omnino simplex, quia aliud
est esse parziale animae, & aliud corporis, sed per co-
positionem ex utroque: & idem est in tota substan-
tia, quatenus ex partibus integrantes constat. Et
ex hac conclusione intelligitur ratio, propter quam
in Christo Deo & homine, sicut fatemur duas natu-
ras, ita & duas voluntates, & operationes, & non sim-
pliciter vnā, & tamen simpliciter fatemur vnun
esse, & non duo, nisi cum addito & secundum quid.
Ratio enim est, quia duae naturae non vniuntur in
vnā naturam, sed tantum in vnā personam, &
ita in ratione naturarum semper manent duae & dis-
tinctae: & similiter duae voluntates non vniuntur in
vnā voluntatem, nec duae operationes in vnā
operationem, sed omnino distinctae manent istae
proprietates, sicut ipsae naturae, quibus mediātibz
solum vniuntur in vna persona. At vero natura &
persona simpliciter vniuntur in vno esse, quia (vt se-
pe dixi) existentia est ipsa actualis entitas rei, vel in-
trinsecus actus eius: vnde non potest fieri vnio inter
ipsas entitates vt sic, quin fiat inter ipsa esse, & ideo
sicut ex vnione substantiali resultat simpliciter v-
num ens, ita vnun esse, non simplex, sed composi-
tum.

Quid sensu.
D. Tho.
de existentia
humanitatis
Christi.

Iuxta doctrinam hanc existimo posse conuenien-
ter explicari sententiam D. Thomae in hoc articulo.
Primo quidem, quia nunquam ipse docuit, huma-
nitatem Christi existere per existentiam in creatam
Verbi, sed solum esse in Christo vnun esse persona-
le, quod iuxta doctrinam posuam optime intelli-
gi

potest. Secundo, quia ex principiis ab eodem Diuo
Thom. positis alijs locis aperte intulimus nostram,
sententiam de existentia creata humanitatis. Tercio
quia D. Thomas quaest. de vnione Verbi incarnati
art. 4. hoc diferte docuit, & nunquam aperte retra-
ctauit. Quarto, quia supra quaestio. 1. art. 6. ad 2. dicit
humanitatem esse assumptam ad vnun esse, non vt
est esse naturae sicut corpus assumitur ad esse animae,
sed prout est hypostasis vel persona: vbi aperte lo-
quitur de esse existentiae naturae, sic enim dicitur ab
eodem corpus assumi ad esse animae 1. part. quaest. 76.
artic. 1. Quinto, quia quoties D. Thom. loquitur de
hoc vno esse Christi, addit aliquid, quo suam senten-
tiam limitat, & explicat: vt hic semper addit illam
particulam, *esse personale*; & similem addit quodli-
beto. 9. art. 3. in 3. dist. 6. quaest. 1. art. 2. & supra hac
3. part. quaest. 9. art. 1. ad 3. dicit vnionem factam esse
ad hoc vnun esse personale. Et infra quaest. 19. art. 1.
ad 4. dicit, esse pertinere ad constitutionem personae,
& ideo vnitatem personae requirere vnitatem ipsius
esse completi, & personalis: non ergo sine causa D.
Tho. tam caute semper loquitur, sed vt indicet hoc
vnun esse personale, non excludere existentiam i-
plius naturae, quae ad componendam ipsam esse to-
tius personae concurrat, quia ita vnitur supposito, vt
ex illa vnione resultet vnun esse simpliciter totius
personae compositae. In quo differt humanitas ab ac-
cidentibus, quia accidentia nullo modo pertinent
ad constitutionem personae, sed adueniunt illi iam
plene constitutae, vnde in dicto quodlibeto sielo-
quitur D. Thom. *Rei substantia duplex esse videtur:*
vnun resultans ex eis, ex quibus eius vnitas integratur, quod
est esse suppositi substantiale: aliud superadditum per acci-
dens: quia ergo in Christo ponimus vnā rem substantialem
tantum, ad cuius integritatem concurrat etiam humani-
tas, ideo est vnun esse substantiale Christi, habens vnitatem
ex parte suppositi, non ex natura: Sentit ergo, hoc vnun
esse coalescere aliquo modo ex esse ipsius naturae
quamuis vnitatem simpliciter habeat ex coniun-
ctione ad suppositum. Sexto ex discursu huius arti-
culi hoc colligi potest: tum, quia in principio dicit,
esse pertinere ad naturam, & ad hypostasim: ad hy-
postasim vt ad habentem esse, ad naturam vero vt
ad id, quo aliquid habet esse, habet ergo natura ali-
quo modo suum esse, quo concurret ad esse totius
suppositi. Neque enim verisimile est, quod Caietan.
hic & alij Thomistae dicunt, naturam esse, quo ali-
quid est, quia est principium ipsi? esse: quia, vt supra
ostensum est, non potest natura esse principium i-
plius esse, nisi ipsa existat. Vnde minus credibile est
quod Caietan. ait, & indicat Capreol. in 3. dist. 5. quaest.
2. art. 3. ad 4. & 5. principale, vt natura existat, non o-
portere ipsam actuari per existentiam, sed sufficere,
quod ipsa sit, qua aliquid existit, quamuis enim na-
tura non sit ens completum, tamen est verum ens
intrinsece includens propriam entitatem suam a-
ctualem: quae sine intrinseca existentia veluti actu-
te seu constitutante ipsam entitatem: nec mente co-
cipi potest: tum etiam, quia aperte D. Thom. explicat
vnitatem huius esse personalis per coniunctionem,
seu constitutionem vnus ex multis, vnde in exem-
*plo, quo vtitur, sic inquit, *Esse autem capitulum, & esse**
corporeum, & esse animatum, totum pertinet ad vnā per-
sonam Sortis: & ideo ex omnibus his non fit nisi vnun esse
in Sorte, & postea adhibet exemplum de parte inte-
grante, quae aduenit supposito iam constituto: quam
dicat non afferre nouum esse, sed trahi ad vnun esse
suppositi, cum tamē euidentissimum videatur, par-
tem integram habere suam existentiam partialem,
licet ex omnibus his partibus vnitis resultet vnun
esse totius, non simplex sed compositum. Tum deniq;
quia discursus, & ratio D. Thom. non concludit esse
in Christo vnun esse, nisi praedicto modo, non est er-
go cur asseramus D. Thom. plus intendisse, quam
probat.

Pos.

Obiectio 2. Possunt verò contra hanc expositionem D. Tho. nonnulla obijci. Primum est, quia constat in doctrina D. Tho. existentiam realiter distinguì ab essentia, ex quo fundamento videtur in hoc articulo procedere. Sed hæc obiectio in presenti non urget: tum, quia sensus D. Thom. in illa questione metaphysica variis modis exponitur, etiam à discipulis D. Thom. tum etiam quia præsens quaestio Theologica non omnino ab illa pendet, ut constat ex rationibus scilicet præced. factis. Secundo verò obijciatur, quia D. Tho. nullo alio loco disputavit de propria existentia humanitatis, de vnitate autem personæ Christi, satis in superioribus dixerat, ergo hic non intendit agere de hoc secundo, sed de primo. Respondetur forte D. Tho. non mouisse specialem quaestionem de creata existentia humanitatis, quia ut euidenter supposuit hanc esse actualem & realem entitatem creatam, quæ sine creata existentia neque mente concipi potest. Ideo verò mouit quaestionem de vnitate ipsius esse Christi, quia hæc consequens erat ad quaestionem de vnitate ipsius Christi. Vnde licet ex superioribus constare poterat, Christum esse vnum, quia ostensum fuerat, esse vnā personam compositam, & hanc vnionem esse substantialem: & nihilominus quia vnitas est veluti quid cōsequens ipsum ens, idcirco hic D. Thom. specialiter disseruit, quomodo sentiendum sit de vnitate Christi: ita licet ex dictis de vnitate personæ, & substantiali vnione incarnationis constare posset, esse in Christo vnum esse, nihilominus hoc discrete explicandum fuit, propter eandem rationem. Concedo ergo, hic esse sermonem de esse existentie vti sic, & de vnitate illius, non tamen de vnitate simplici, sed composita, nec de existentia solius humanitatis, sed totius Christi Dei & hominis, de quo in præcedenti articulo quaesitum fuerat, an sit vnum vel duo. Et quod hic fuerit sensus huius quaestions D. Thom. inde etiam confirmari potest, quia hoc modo explicata proprie pertinebat ad hunc locum: si autē quaestio esset de vnione essentiarum creatarum cum existentia increata, potius pertineret hæc quaestio ad explicationem ipsius mysterij, quæ supra quaestione 2. tradita est, ut ex ibi etiam dictis facile constare potest. Quam difficultatem vidit Caietanus hic in explicatione tituli, eamque expediuit, dicens, omnia, quæ antea tractata sunt, pertinere ad esse vel fieri incarnationis in se, vel in enunciationibus: nunc verò agi de vnitate, quæ sequitur ens. Sed reuera non ita est, nam, quæ supra de scientia, & gratia, & similibus dicta sunt, non pertinent ad esse vel fieri incarnationis, quoad substantiam eius: vnio autem in existentia ipsius naturæ maxime pertineret ad substantiam mysterij, si reuera intercessisset.

Obiectio 3. Tercio obijci potest, quia D. Thomas aperte hic dicit, secundum humanam naturam non aduenire Filio Dei nouum esse, sed solum habitudinem esse præexistentis ad humanam naturam. Respondetur tamen facile ex dictis, non negare simpliciter nouū esse, sed nouum esse personale. aduenit enim humanitas Verbo, tanquam natura supposito, & ideo non afferre esse simpliciter, & completum, tanquam id, quod est, sed solum esse naturæ, quod est esse secundum quid, & potius habet rationem in existentie in Verbo. Vnde licet respectu Verbi secundum se, nullum esse illi addatur per vnionem humanitatis, sed solum quædam habitudo ad ipsam: tamen respectu Verbi hominis, reuera additur esse naturale ipsius humanitatis. Et ad eundem modum facile intelliguntur omnia, quæ D. Tho. dicit in solutionibus argumentorum.

Obiectio 4. Vnum solum, quod in solutione ad tertium dicit, scilicet tres personas diuinas non habere nisi vnum esse, quia in eis idem est esse naturæ & personæ, difficile est. Ostendimus enim in superioribus, esse in Trinitate non tantum vnum esse absolutum, sed etiam tria relatiua. Sed hæc difficultas soluenda est etiam à discipulis D. Thomæ, qui admittunt tres existentias relatiuas. Vnde dicendum est, D. Thomam loqui de esse perfectissimo, quod est esse simpliciter Dei, & omnium personarum, quod secundum se & ex proprio conceptu est, non solum existentia, sed etiam substantia: & ideo ratione illius tres personæ sunt vnum absolute, & habent simpliciter vnum esse, quantumvis personaliter distinguantur, & ut sic habeant distincta esse relatiua, & secundum quid.

QVÆSTIO XVIII.

De pertinentibus ad vnitatem in Christo, quantum ad voluntatem, in sex articulos diuisa.



Inde considerandum est de vnitate, quantum ad voluntatem.

Et circa hoc queruntur sex.

Primo, vtrum in Christo sit alia voluntas diuina, & alia humana.

Secundo, vtrum in humana natura Christi sit alia voluntas sensualitatis & alia rationis.

Tercio, vtrum ex parte rationis fuerint in Christo plures voluntates.

Quarto, vtrum in Christo fuerit liberum arbitrium.

Quinto, vtrum voluntas humana Christi fuerit omnino conformis diuine voluntati in volito.

Sexto, vtrum in Christo fuerit aliqua contrarietas voluntatum.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Christo sint due voluntates.



Primum sic proceditur. Videtur, quod in Christo non sint due voluntates, vna diuina, & alia humana, voluntas enim est primum mouens & imperans in vnoquoque volente. Sed in Christo primum mouens & imperans fuit voluntas diuina, quia omnia humana in Christo mouebantur secundum voluntatem diuinam. Ergo videtur, quod in Christo non fuerit nisi vna voluntas, scilicet diuina.

2. Præterea, instrumentum non mouetur propria voluntate, sed voluntate mouentis. Sed natura humana fuit in Christo, sicut instrumentum diuinitatis eius. Ergo natura humana in Christo non mouebatur propria voluntate, sed diuina.

3. Præterea, illud solum multiplicatur in Christo, quod pertinet ad naturam. Voluntates autem non videntur ad naturam pertinere, quia ea quæ sunt naturalia, sunt ex necessitate. Quod autem est voluntarium, non est necessarium. Ergo voluntas est vna tantum in Christo.

4. Præterea, Damascenus dicit in 3. lib. quod aliquando velle non est natura, sed nostre intelligentie, scilicet personæ. Sed omnis voluntas est aliquis voluntas, quia nihil est in genere, quod non sit in aliqua eius specie. Ergo omnis voluntas ad personam pertinet: sed in Christo fuit, & est vna tantum persona. Ergo in Christo est vna tantum voluntas.

Sed contra est, quod Dominus dicit Luc. 22. Pater, si vis, transfer calicem istum à me, verumtamen non mea voluntas, gratia est, sed tua fiat. Quod inducens Ambrosius ad Gratianum Imperatorem dicit, * Sicut suscepit voluntatem meam, suscepit tristitiam meam. Et super Lucam dicit, * Voluntatem suam ad hominem retulit, Patris ad diuinitatem: voluntas enim hominis est temporalis, voluntas diuinitatis eterna.

Respondetur dicendum, quod quidam posuerunt, in Christo esse vnā solam voluntatem: sed ad hoc ponendum diuersimodè.

Obiectio 1. Possunt verò contra hanc expositionem D. Tho. nonnulla obijci. Primum est, quia constat in doctrina D. Tho. existentiam realiter distinguì ab essentia, ex quo fundamento videtur in hoc articulo procedere. Sed hæc obiectio in presenti non urget: tum, quia sensus D. Thom. in illa questione metaphysica variis modis exponitur, etiam à discipulis D. Thom. tum etiam quia præsens quaestio Theologica non omnino ab illa pendet, ut constat ex rationibus scilicet præced. factis. Secundo verò obijciatur, quia D. Tho. nullo alio loco disputavit de propria existentia humanitatis, de vnitate autem personæ Christi, satis in superioribus dixerat, ergo hic non intendit agere de hoc secundo, sed de primo. Respondetur forte D. Tho. non mouisse specialem quaestionem de creata existentia humanitatis, quia ut euidenter supposuit hanc esse actualem & realem entitatem creatam, quæ sine creata existentia neque mente concipi potest. Ideo verò mouit quaestionem de vnitate ipsius esse Christi, quia hæc consequens erat ad quaestionem de vnitate ipsius Christi. Vnde licet ex superioribus constare poterat, Christum esse vnum, quia ostensum fuerat, esse vnā personam compositam, & hanc vnionem esse substantialem: & nihilominus quia vnitas est veluti quid cōsequens ipsum ens, idcirco hic D. Thom. specialiter disseruit, quomodo sentiendum sit de vnitate Christi: ita licet ex dictis de vnitate personæ, & substantiali vnione incarnationis constare posset, esse in Christo vnum esse, nihilominus hoc discrete explicandum fuit, propter eandem rationem. Concedo ergo, hic esse sermonem de esse existentie vti sic, & de vnitate illius, non tamen de vnitate simplici, sed composita, nec de existentia solius humanitatis, sed totius Christi Dei & hominis, de quo in præcedenti articulo quaesitum fuerat, an sit vnum vel duo. Et quod hic fuerit sensus huius quaestions D. Thom. inde etiam confirmari potest, quia hoc modo explicata proprie pertinebat ad hunc locum: si autē quaestio esset de vnione essentiarum creatarum cum existentia increata, potius pertineret hæc quaestio ad explicationem ipsius mysterij, quæ supra quaestione 2. tradita est, ut ex ibi etiam dictis facile constare potest. Quam difficultatem vidit Caietanus hic in explicatione tituli, eamque expediuit, dicens, omnia, quæ antea tractata sunt, pertinere ad esse vel fieri incarnationis in se, vel in enunciationibus: nunc verò agi de vnitate, quæ sequitur ens. Sed reuera non ita est, nam, quæ supra de scientia, & gratia, & similibus dicta sunt, non pertinent ad esse vel fieri incarnationis, quoad substantiam eius: vnio autem in existentia ipsius naturæ maxime pertineret ad substantiam mysterij, si reuera intercessisset.

Tercio obijci potest, quia D. Thomas aperte hic dicit, secundum humanam naturam non aduenire Filio Dei nouum esse, sed solum habitudinem esse præexistentis ad humanam naturam. Respondetur tamen facile ex dictis, non negare simpliciter nouū esse, sed nouum esse personale. aduenit enim humanitas Verbo, tanquam natura supposito, & ideo non afferre esse simpliciter, & completum, tanquam id, quod est, sed solum esse naturæ, quod est esse secundum quid, & potius habet rationem in existentie in Verbo. Vnde licet respectu Verbi secundum se, nullum esse illi addatur per vnionem humanitatis, sed solum quædam habitudo ad ipsam: tamen respectu Verbi hominis, reuera additur esse naturale ipsius humanitatis. Et ad eundem modum facile intelliguntur omnia, quæ D. Tho. dicit in solutionibus argumentorum.

Vnum solum, quod in solutione ad tertium dicit, scilicet tres personas diuinas non habere nisi vnum esse, quia in eis idem est esse naturæ & personæ, difficile est. Ostendimus enim in superioribus, esse in Trinitate non tantum vnum esse absolutum, sed etiam tria relatiua. Sed hæc difficultas soluenda est etiam à discipulis D. Thomæ, qui admittunt tres existentias relatiuas. Vnde dicendum est, D. Thomam loqui de esse perfectissimo, quod est esse simpliciter Dei, & omnium personarum, quod secundum se & ex proprio conceptu est, non solum existentia, sed etiam substantia: & ideo ratione illius tres personæ sunt vnum absolute, & habent simpliciter vnum esse, quantumvis personaliter distinguantur, & ut sic habeant distincta esse relatiua, & secundum quid.

Inde considerandum est de vnitate, quantum ad voluntatem.

Et circa hoc queruntur sex.

Primo, vtrum in Christo sit alia voluntas diuina, & alia humana.

Secundo, vtrum in humana natura Christi sit alia voluntas sensualitatis & alia rationis.

Tercio, vtrum ex parte rationis fuerint in Christo plures voluntates.

Quarto, vtrum in Christo fuerit liberum arbitrium.

Quinto, vtrum voluntas humana Christi fuerit omnino conformis diuine voluntati in volito.

Sexto, vtrum in Christo fuerit aliqua contrarietas voluntatum.

Primum sic proceditur. Videtur, quod in Christo non sint due voluntates, vna diuina, & alia humana, voluntas enim est primum mouens & imperans in vnoquoque volente. Sed in Christo primum mouens & imperans fuit voluntas diuina, quia omnia humana in Christo mouebantur secundum voluntatem diuinam. Ergo videtur, quod in Christo non fuerit nisi vna voluntas, scilicet diuina.

2. Præterea, instrumentum non mouetur propria voluntate, sed voluntate mouentis. Sed natura humana fuit in Christo, sicut instrumentum diuinitatis eius. Ergo natura humana in Christo non mouebatur propria voluntate, sed diuina.

3. Præterea, illud solum multiplicatur in Christo, quod pertinet ad naturam. Voluntates autem non videntur ad naturam pertinere, quia ea quæ sunt naturalia, sunt ex necessitate. Quod autem est voluntarium, non est necessarium. Ergo voluntas est vna tantum in Christo.

4. Præterea, Damascenus dicit in 3. lib. quod aliquando velle non est natura, sed nostre intelligentie, scilicet personæ. Sed omnis voluntas est aliquis voluntas, quia nihil est in genere, quod non sit in aliqua eius specie. Ergo omnis voluntas ad personam pertinet: sed in Christo fuit, & est vna tantum persona. Ergo in Christo est vna tantum voluntas.

Sed contra est, quod Dominus dicit Luc. 22. Pater, si vis, transfer calicem istum à me, verumtamen non mea voluntas, gratia est, sed tua fiat. Quod inducens Ambrosius ad Gratianum Imperatorem dicit, * Sicut suscepit voluntatem meam, suscepit tristitiam meam. Et super Lucam dicit, * Voluntatem suam ad hominem retulit, Patris ad diuinitatem: voluntas enim hominis est temporalis, voluntas diuinitatis eterna.

Respondetur dicendum, quod quidam posuerunt, in Christo esse vnā solam voluntatem: sed ad hoc ponendum diuersimodè.